This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE

BORUSSICAE

CONTINUATA.

NICETAS CHONIATA.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXV.

NICETAE CHONIATAE

HISTORIA

EX RECENSIONE

IMMANUELIS BEKKERI.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXV.

PRAEFATIO IMMANUELIS BEKKERI.

Nicetam mihi aggredienti praesto fuere codices duo e bibliotheca Regia Monacensi liberaliter summissi, ambo chartacei, forma maxima. quorum alter, A (Mon. 93, stat. 7, num. 12) Nicetam post Zonaram habet, f. 240—546. *καὶ ταύτην τὴν βίβλον ἐμμανουὴλος ὁμβαιβενὶς ὁ ἐκ μονεμβασίας ἐξέγραψε μετὰ τὴν παράδοσιν τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος.* alter, B (Mon. 450, olim Augustanus p. 68 n. 27) folia habet 242, amisit multa. incipit enim a pagina editionis Parisiensis 18, desinit in p. 404 D 7, ulteriorum foliorum duobus tantum (p. 407 B 3—409 D 6) servatis et loco non suo, inter folia 48 et 51, insertis: caret praeterea, post folia 3 4 37 165 183 205 232 236, iis quae leguntur p. 26 B extr — 34 B 5, 39 A 5—41 C 6, 88 ima — 90 C 8, 297 A 7 — 298 D 9, 326 B 1 — 327 C 6, 352 A 1 — 354 C 7, 390 D 1 — 392 C 4, 397 B 12 — 398 B 8. folii 114 (p. 222 B) pars inferior deest. in margine passim lemmata, rubrica scripta: velut, ubi tertius de Manuele li-

89319

ber incipit, *ὅτι ὁ βασιλεὺς ὥρισε καὶ ἀμάξας εἶναι εἰς τὰ στρατεύματα. ὅτι ὁ ἀνδρόνικος δέσμιος παρὰ βασιλέως ἐπέμφθη εἰς κωνσταντινούπολιν. νίκη τοῦ τζιντζιλούκη παρὰ τῶν οὔγγρων. ἀνδρεῖον τοῦ ἀνδρονίκου ἐπιτήδευμα. τὸ ἐξελοῦ με κύριε ἐξ ἀνθρώπου πονηροῦ μᾶλλον ἔστιν ἀεί ποτε εὔχεσθαι.* f. 121: *διανέγνων ἐγὼ* Μαρτῖνος *ὁ* Κρούσιος (*εἰς Τύβιγγάν μοι ὑπὸ κυ ιω βαπτ αἰντζελίου ἐξ αὐγούστης πεμφθέν*) *ἀφπ μησὶν ἰουνίω καὶ ἰουλίω.* versuum non idem ubique numerus: alibi 24, alibi 38.

His codicibus ambobus usus est Hieronymus Wolfius, ut supervacaneum fuerit lectiones a me excerptas illius auctoritate firmare. quo factum est ut annotatio viri optimi rarescceret, praesertim cum eiusdem coniecturae aliquot, artis coniecturalis pueritiam referentes, non magis viderentur posse reduci quam, quae apud Fabrotum a p. 452 ad p. 464 patet, nescio cuius gnomologia. talibus detractis si qua accepta iactura est, compensabit eam, opinor, quod nunc primum accedit, de statuis fragmentum, sumptum illud a Friderico Wilkeno, bellorum sacrorum scriptore nobilissimo.

Scrib. Berolini Id. Dec. a. 1834.

EMINENTISSIMO S. R. E. PRINCIPI CARDINALI

IULIO MAZARINO

Editio Nicetae nova patronum sibi ex more quaerebat adversus malignos invidosque. unus occurristi, CARDINALIS EMINENTISSIME, cuius patrocinio non levis auctor sese committeret, unum Te siquidem videmus litteraria monumenta orbi Gallico forsitan ignota ubique gentium conquiri iubere, et in bibliothecam Tuam incomparabilem admitti, ut et certissimum sit scriptorem qui te ultro adit benigna fronte admissum iri. hoc vero omnium linguis laudibusque celebrari debet, quod licet ea prudentia, quam caeteri ex librorum lectione emendicare necesse habeant, Tibi ingenita sit, eos tamen tanta animi contentione tamque impenso sumptu comparari vis, ac si prudentia illa non Tibi cognata sed labore paranda esset. itaque bono magis publico bibliothecam instituis quam Tuo, ut omnes intelligant et rem belli et pacis decora peraeque Tibi curae esse. altero Gallici hostes nominis obteres, altero peritiores homines efficies, ut quanto sis ornamento principi et quam prospere rem Gallicam geras, non modo his qui vitam vivunt, sed etiam posteris narrent et tradant. felices autem ter quaterque hi quorum opera rerum a Te praeclare gestarum memoria testatior erit, sive quod materia illustrior sive quod rerum copia nulla eis possit uberior contingere: quemadmodum enim rei tenuitate scriptoris eloquentia deteritur, ita et rei dignitate clarescit et diffunditur. hi Galliae fines prudentissimo felicissimoque consilio Tuo prolatos in Italia narrabunt, et

frustra esse eos qui Gallico imperio fines statuunt, quod Gallorum virtus invicta non finibus certis sed orbe claudatur. hi Germaniae principes armis Gallorum victricibus exterritos quievisse neutrive parti sese addixisse tradent; quo facto sibi posterisque suis consultum iverunt et imminentem rebus suis exitum depulerunt. hi Gallos copiis longe impares classem hostilem devicisse praedicabunt, et eos qui de gloria certaturos se putabant, statim sibi de salute certandum intellexisse, tametsi superba natio naves solvisset, ut quasi per ludum iocumque Gallicas deprimeret. Galli non numero sed virtute censentur. hinc feroces exercitus saepe ab his expugnatos videas, hinc etiam terrestres copias in spem victoriae erectas ob superantem multitudinem deletas attritasque. eant nunc qui retro temporum ministros laudibus in coelum extollunt. Tu, CARDINALIS EMINENTISSIME, cum fasce armorum plures vinces quam alii explicatis armis. Tu vivida mente Tua et sagaci consilio regi Christianissimo, quem iam populi pene omnes adorant, plures triumphos parabis quam alii vi manuque. perge modo rei publicae litterariae prodesse et litteratis hominibus favere, sine quibus virorum illustrium facta, statim atque animam deposuerunt, intercidunt, et cum corpore magnae quoque animae extinguuntur, dum silentur.

EMINENTIAE TUAE

addictissimus
CAROLUS ANNIBAL FABROTUS.

AD MAGNIFICUM ET GENEROSUM VIRUM,

D. ANTONIUM FUGGERUM,

KIRCHBERGAE ET WEISSENHORNI DOMINUM,

Caesareae Maiestati a consiliis etc.

IN NICETAE ACOMINATI CHONIATAE HISTORIAM

HIERONYMI WOLFII PRAEFATIO.

ZONARAM Tuum, Vir amplissime, CHONIATES sequitur, homo sua aetate non tantum magnis dignitatibus ornatus, sed etiam ingenio et multiplici doctrina praestans, et veritatis historiae, ut mihi videtur, ubique studiosus, ordine aptissimo et lectoribus utilissimo; qui ordo cum sequentia iis quae antecessere adiungat atque annectat, historiae quoddam quasi corpus absolvit et in suo genere homines eruditos reddit, hoc est, a vulgo mortalium distinguit. multos sane invenias, qui etsi a litteris alieni, tamen acumine ingenii, facundia, usu rerum, doctissimis viris, sed vel natura tardioribus vel in hominum frequentia minus versatis, etsi omnem aetatem in optimarum artium studiis contrivere, praeferantur. quodsi ad illam naturae felicitatem et multiplicem experientiam accuratior et methodica institutio accessisset, quid cum illorum excellentia comparari posset? nunc laudibus eorum tantum decedit quantum accuratior institutio illis addidisset. neque enim falso dicitur artem, quae est ingenii veluti rudis speculi quasi expolitio quaedam, certiorem esse ducem quam naturam, atque etiam uberiorem. nam qui nullis eruditionis adminiculis sustentantur, temere plerumque feruntur et extra limites, quo animi aestus rapit, evagantur: docti a certis

initiis ad metas ordine progrediendo, statim in promptu habent quae ad rem pertineant. illi multa, hi pleraque scitu digna tenent: illi fragmenta quaedam et quasi disiecta membra consectantur, hi solidum quoddam et suis numeris absolutum humanae cognitionis corpus complectuntur. quas ob res ego perbeatos eos esse iudico, quibus et ea voluntas contigit ut cupiant, et eae facultates suppetunt ut possint, citra impedimentum, ab ineunte aetate usque ad id tempus quod rebus gerendis aptum est, philosophari, ac tum demum agendi solertiam cum veritatis contemplatione coniungere, animis in caelos et ipsum deum, corporibus in humanae societatis conservationem intentis. haec mihi vita vere humana et potius divina semper visa est, et omnibus iis voluptatibus quae cum brutis animantibus fere communes sunt praeferenda. in quo assentiri mihi et ex doctis et ex indoctis optimum et prudentissimum quemque, imo me potius cum illorum sententiis congruere, constat. nec Tuum hac in re, ut et in caeteris, praeclarum iudicium, quod et tota FUGGERANA familia magno consensu sequitur et cordati omnes summe probant, obscurum est; qui filios Tuos ingeniorum et corporum vigore praestantes ab ipsis prope cunabulis usque ad iuventutis initium a doctissimis praeceptoribus, in celeberrimis quibusque Europae gymnasiis, severa disciplina moderandos optimarumque artium et linguarum cognitione imbuendos curaris. quibus illi de causis se non minus Tibi debere, qua pietate ac prudentia sunt, profitentur, quam quod vitam et maxima quaeque ornamenta felici quodam fato abs te acceperunt; qui verus non tantum corporum sed etiam animorum pater esse voluisti, nec genuisse contentus utrisque ea suppeditasti in quibus humana felicitas consistit. ut autem terrena corpora terrae frugibus aluntur, sic caelestis et divinus animus suum pastum habet eruditionem. quam a vulgi fece, hoc est a pessimo et stultissimo quoque, contemni ac derideri non est mirandum, cum quod de re ignota nihilo rectius statuere possunt quam caecus de coloribus pronuntiare, tum quod vitiis atque ineptiis semidoctorum quorundam aut corruptorum hominum rem praeclarissimam metiuntur. nam quid est aliud eruditio nisi amplissimum quoddam et instructissimum

amphitheatrum humani ingenii et experientiae multiplicis? ad quod exornandum et locupletandum non tantum omnes nationes, omnes homines, omnes aetates stipem suam contulerunt, sed etiam dei immortalis liberalitas multa auctaria adiecit, iis rebus partim arcano afflatu partim per insignia miracula revelatis, quas obtusior humani ingenii acies perspicere minime potuisset. cum autem RATIO ATQUE ORATIO multo magis quam forma corporum hominem distinguat a belluis, et veritatis solida cognitio et diserta explicatio sit eius proprium munus, quid aliud est philosophari quam in eo elaborare ut vocabula cum rebus consentiant, et ut ii simus qui dicimur, homines? complector autem philosophiae nomine tantum quantum ipsius significatio complectitur, studium atque amorem sapientiae; quae rerum divinarum et humanarum causarumque quibus eae res continentur scientia definitur. quam immensitatem cum solus deus rerum omnium opifex teneat, solus ut boni, ita et sapientis nomen iure sibi vendicat. homines autem sapientiae et virtutis amantes ac studiosos esse nihil vetat; quo amore ac studio quo quisque longius progreditur, eo propius a caelestibus geniis abest, quia ea re beatissimi habentur, quod ipsum deum, omnis bonitatis et sapientiae fontem, iugiter cum ineffabili gaudio intuentur (neque alia piorum beatitudo post hanc vitam fore haud abs re creditur); quo propius resistit, eo minus dignitatem suam et excellentis naturae munera tuetur. quis vero ea sit arrogantia, ut suum unius ingenium tantum esse putet, ut eo contentus omnia veterum inventa et experimenta, litterarum monumentis consignata, aspernari queat, ac non potius ex infinita copia optima quaeque et ingenio suo vitaeque instituto aptissima perscrutetur? nam ut unus excellat, aut saltem cum mediocri successu laboret in omnibus, vix ac ne vix quidem fieri potest. ac plerosque vel rei familiaris angustiae vel ingeniorum tenuitas in certum quoddam studiorum genus, velut in carcerem aut ergastulum, abstrudunt. quibus autem dei optimi maximi benignitas ea et animorum et fortunarum subsidia concessit, ut in nullius magistri verba iurare coacti libertatem suam inviolatam retineant, profecto eo beatiores erunt quo plurium et meliorum rerum co-

gnitionem coegerint, in variis linguis atque auctoribus dissipatam. id autem difficile ei non erit, qui linguae Graecae ac Latinae mediocri usu instructus methodo se assuefecerit et artium optimarum fundamenta fideliter iecerit. ac est in ea re sane difficultatis et molestiae nonnihil. sed ubi ex illis artium angustiis in liberrimum optimi cuiusque scriptoris campum eluctatus fueris, vere id apparebit quod a quodam sapientissimo viro dictum est, sive is Socrates sive Isocrates fuerit (nam utrique ascribi video, et proclivis error est in unius litterae discrimine), radices eruditionis amaras esse, fructus vero dulcissimos. radicibus autem comparantur linguarum et artium methodi, fructibus varia lectio. qui ut sine radicibus nulli essent, ita eruditio pertenuis est, quae non certa ratione ac via a primis initiis ad summum usque fastigium constanter ascendit ac perpetuum sibi commentarium parat. quod enim supra etiam attigi, doctrinae omnis laus in artium methodis atque in eo vertitur, quod, quoad fieri potest, quicquid ad eandem rem pertinet, contrahit, et ex variis membris unum corpus integrum componit. eo absoluto lectionis varietas singulis partibus addit ornamenta et amplitudinem quandam conciliat. quodsi haec similitudo minus placet, homo studiosus diligenti patrifamiliae comparetur; qui, ut ille agrorum suorum proventus et domestica instrumenta in horreis et certis quibusdam cellis reponit, ut cum usus postulat, statim ad manum sint, ita ipse, quicquid vel cogitatione vel lectione vel auditione per omne tempus aetatis (neque enim ulla sapientiae studio meta praefigenda est) consecutus fuerit, statim in illas artium classes, si non stylo aut calamo, saltem animo et recordatione reponat, et ad regulas illas a doctissimis hominibus traditas exigat, acri iudicio semper interposito, ne quod quisque dixerit aut scripserit aut ipsi etiam in mentem venerit, oraculum esse putet (nam homini docto turpissimum fuerit, ut Graeci eleganter dicunt[e], ἀβασανίστως παραδέχεσθαι τὴν πίστιν τῆς ἀληθείας, hoc est opiniones consectari nudaque auctoritate niti), sed tantum cuique credendum esse statuat, quantum aut firmis rationibus aut probabilibus coniecturis persuadere possit, in caeteris assensum cohibeat et sustineat, donec ipsum tempus scrupulum sustu-

lerit. sed ne memoria lapsus esse et ab instituto non certo consilio deflexisse sed per oblivionem aberrasse videar, ad Choniatem redeo; quem ordine aptissimo et prudenti Tuo consilio Zonarae adiunctum esse dixi. nam quo in loco ille Annales suos finivit, in Alexii Comneni videlicet obitu, eo in loco hic suam historiam auspicatur, res memoratu dignas, quae in Byzantino imperio annorum circiter 86 spatio acciderunt, complexus. atque utinam alius Graecus extitisset, qui ab hoc auctore et Chalcondyle praetermissa pari facundia prosecutus esset. maior enim est Choniatae copia et diligentia lectioque iucundior quam Zonarae. cui una brevitas necessario proposita fuit, quod alioqui opus in immensum excrevisset. idque vel ex eo apparet, quod heroina eruditissima, Anna Caesarissa, imperatoris Alexii filia, de rebus gestis patris sui libros 20 scripsit, qui adhuc in Augustanae rei publicae bibliotheca extant, cum Zonaras vitam illius paucis foliis perstrinxerit. ut autem brevitas memoriam iuvat, ita fusiores narrationes plus delectationis habent, in magna praesertim varietate rerum et subitis fortunae commutationibus; quae non multis annis plurimae, eaeque mirabiles ac potius miserabiles, praeter expectationem Graecos, quos hic scriptor Romanorum appellatione honestat, oppresserunt, crescente in dies Persarum sive Turcorum (nam recentiores promiscue his vocabulis utuntur) potentia; quorum grassationes et Christianorum principum desidiam ac perversitatem tanta doloris acerbitate Choniates saepius deplorat, ut eum ab omnibus qui rei publicae partem aliquam attingunt, nostris temporibus legi summopere expediat, si forte Germanorum animi, quorum fortitudo et pietas in recuperanda Syria et terra sancta laudibus egregiis hoc scripto ornatur, clarissimis exemplis Conradi et Friderici imperatorum saltem ad tuendam patriam, hoc est vicinas Pannonias, excitentur. nunc enim non de laude et gloria laborandum, sed de aris et focis pugnandum esse apparet. quod quo minus fiat, nulla res aeque in causa est atque dissensiones. Graecos, praeter intestina bella ex ambitione fere orta, voluptatum studium et ignava monarchia perdidit: nobis temeraria bellandi cupiditas et discors ac inquieta polyarchia id minatur, quod absit ut ex-

periamur. et facile caveremus, nisi fatali quadam siderum impressione animis atque auribus a sanis consiliis plerique abhorrerent. imminuta quidem est, et veluti laeta seges tristi lolio corrupta, vetus nostrae gentis integritas; quod exterarum nationum quodam quasi contagio accidisse videtur, quarum mala cum nostris coniunximus, cum peregrinationum is finis esse debeat, ut innatis et consuetudine inolitis vitiis abiectis aliorum virtutes asciscamus, eorumque prudentia et humanitate ad omne genus officii et laudis erudiamur. sed si caetera spectemus, nunquam Germania viris armis opibus consiliis fuit instructior; quas res propter discordiam non in hostium detrimentum sed in patriae exitium detestanda crudelitate, ne dicam insania, convertimus. quae cogitatio cum in huius historiae interpretatione subinde meum animum feriret, et haud dubie cordatiores quoque lectores extimulatura sit, non temperare mihi potui quin hunc locum, quem omnium animis atque oculis semper obversari utilissimum fuerit, obiter attingerem. nunc de hoc opere dicendum est; quod etsi labore non multo minore, longe tamen maiori cum voluptate converti, propter historias mihi antehac fere incognitas et planius ac fusius orationis genus. in quo tamen immodicam nescio cuius insolentis elegantiae affectationem non semper sequendam mihi duxi, quod quicquid eius generis est, non ipsius auctoris scriptum sed paraphrastae et aemuli alicuius assumentum esse videtur. contuli enim hic quoque duos codices cum eo quem amplitudo tua Cpoli ab Alexandro Chartophylace comparavit; atque operam dedi, ut ex ea collatione opus hoc quam integerrimum ederetur, et Graeca itidem ut in Zonara nostro factum est cum Latinis coniungerentur. quamvis enim Graeci sermonis puritas et proprietas cum exterarum nationum commerciis tum otiosorum hominum ineptiis corrupta est, nec fieri nequit in hoc scriptorum genere ut interpretis non indocti nec indiserti oratio ipsi auctori praeferatur, tamen nec eum ego me interpretem profiteri ausim, et Graeca lingua, qualiscunque adhuc, nescio quem genium retinet ac ubertatem Latinis inimitabilem. testimonio sunt omnes fere disciplinae, quarum vix ulla est quin et e schola Graeca se pro-

diisse vel ipso nomine fateatur, et si Graecas voces sustuleris, saepe obmutescat. quo minus ii ferendi sunt qui Graecam linguam ut supervacaneam aspernantur. quod utique non facerent, si quam pauci fideles et docti interpretes sint intelligerent. aliis deest alterius utrius, aliis utriusque linguae cognitio, aliis fides et diligentia, nonnullis universa haec, non tam fortasse malitia et contemptu iudiciorum (quae extrema esset amentia) quam calamitate quadam temporum nostrorum et praestantium ingeniorum neglectu, quibus fortuna plerunque minus favet quam iis quorum minor est industria et obtusior acies animorum. itaque pedibus in eorum eo sententiam qui Graeca cum Latinis coniungenda esse censent, siquidem Graeca seorsim parum vendibilia sunt aetate nostra, quae propter ambitionem avaritiam et bellandi cupiditatem ad pristinam barbariem magno impetu ruit. nam Latini et Graeci sermonis proprietate et puritate amissa contemtaque philosophia et politiori litteratura neglecta, ut coram cernimus, non obscurum est quid impendeat. praeclare scribit Isocrates, quem in hac parte Aristoteles, ut mihi videtur, quippe natu grandiorem, aemulatus est, et ego admirari non satis possum, virtutes singulas in medio binorum vitiorum, quorum alterum citra resistat, alterum longius quam par sit progrediatur, esse collocatas. et recte apud Ovidium Daedalus ait filio, „medio tutissimus ibis." quod utinam tam a theologis iurisconsultis et medicis quam ab humaniorum litterarum cultoribus observaretur; quorum alteri se rebus inhaerere, alteri dictionis elegantiae se studere profitentur: quasi vero aut vocabula propter explicationem rerum non sint inventa, aut corpus egregium, hoc est res praeclaras, cuiusmodi in sublimibus illis disciplinis tractantur, non munda et ornata vestis, hoc est pura et limata deceat oratio. duplicem profecto laudem merentur, qui res optimas, si non eleganti et splendido, at puro et diserto sermone proponunt. cuiusmodi viros nostra aetas plures cum insigni gloria tulit quam posteritas habitura videtur, nisi aliam rationem studiorum inierimus. sed quid ego censuram in re publica litteraria mihi sumo, cum ipsi mihi diversissimorum ingeniorum censura sit subeunda? movit me tamen iustus fortasse dolor in hanc

confusionem gymnasiorum intuentem, etsi haec nec temporis nec loci huius esse videantur. quare veniam peto, si qua minus ad institutum pertinentia inculcavi; et debetur haec philosophiae libertas, quae quia fere caeteris externarum rerum commoditatibus et ornamentis caret, saltem cogitationis atque orationis vinculis laxioribus astringitur. quo nomine Socrates se meliore conditione esse quam oratores, qui ad aquam dicant et tacitos iudicum nutus observent, gloriari solebat. ego vero eam licentiam adeo mihi laudi non duco, ut si qua culpa vel hac commemoratione vel conversionis procrastinatione, longiore quidem quam ipse putaram, commissa est, eius mihi gratiam fieri cupiam; praesertim cum exigui temporis mora, omnis expers incommodi, non cessationem sed fidem et diligentiam meam arguat; quae nisi mihi otio et commodis meis antiquior fuisset, hoc labore multo citius defungi potuissem. sed sat cito, si sat bene, ut dicitur. quod ipsum etiam sedulo me conatum esse cum rem ipsam testaturam confidam, nihil de me ipso addam, quod quamvis amplius aliquid praestitissem, tamen liberalitatis erga me Tuae et publicae erga studiosos homines, quorum commodis Tuo sumptu consulis, partem vix exiguam viderer assecutus. Augustae Vindelicorum, VI Id. April. anno MDLVII.

ΝΙΚΗΤΑ ΧΩΝΙΑΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΑ.



ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΛΟΓΟΘΕΤΟΥ
ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΩΝ ΚΡΙΣΕΩΝ ΓΕΝΙΚΟΥ ΚΑΙ ΕΦΟΡΟΥ
ΚΥΡΟΥ ΝΙΚΗΤΑ ΤΟΥ ΧΩΝΙΑΤΟΥ
ΧΡΟΝΙΚΗ ΔΙΗΓΗΣΙΣ
ΑΡΧΟΜΕΝΗ ΑΠΟ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΤΟΥ ΚΟΜΝΗΝΟΥ
ΚΥΡΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ *).

*) Τοῦ μεγ. — Ἰωάννου A cum codice Paris. Reg.: τοῦ λογοθέτου τῶν σεκρέτων καὶ ἐπὶ τῶν κρίσεων, γεγονότος δὲ καὶ ἐφόρου καὶ κριτοῦ τοῦ βήλου καὶ προκαθημένου τοῦ κοιτῶνος, κυροῦ Νικήτα τοῦ Χωνιάτου, ἱστορία ἀρχομένη ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ βασιλέως κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Κομνηνοῦ τοῦ υἱοῦ κυροῦ Ἀλεξίου edd PW.

NICETAE CHONIATAE
LOGOTHETAE SECRETORUM,
INSPECTORIS ET IUDICIS BELI, PRAEFECTI CUBICULI,
HISTORIA,
QUAE AB IMPERIO IOHANNIS COMNENI, ALEXII FILII, INCIPIT.

FABROTI BREVIARIUM.

Praefatio laudes historiae et Nicetae in hac contexenda consilium proponens.

DE IOHANNE COMNENO.

Iohannes Comnenus ab Alexio patre, matre aversante, imperio destinatur. ut imperium firmarit (2). eius initia, amici et consiliarii. cognati ad Bryennium Comneni sororium deficiunt. coniuratos tractat clementer Comnenus, Annae sorori per Axuchum reconciliatur, Irenemque matrem sibi reddit propitiam (3). Iohannis Comneni expeditiones contra Persas. Scythas arte profligat (4). Triballos debellat. filios multa caritate prosequitur. Hunnos adoritur et pacem petere cogit. deinde traducto in Orientem exercitu de Persarmeniis debellatis triumphat (5). Gangram expugnat et amittit. in Ciliciam movet. Bacam munitissimum castellum oppugnat. monomachia Constantini Armenii

et Eustratii Macedonis (6). *Baca vi capitur. Anabarzae expugnatio. in Coelesyriam proficiscitur Comnenus, et cum Antiochenis init amicitiam. Pisaeos ad deditionem cogit, et variam Martis aleam experitur* (7). *Sezerim urbem obsidet, quae pecunia incolumitatem redemit. Persarum insidias repulsat* (8). *Isaacius Comnenus fratri Iohanni reconciliatur. novae expeditiones in Persas. militum indignatio et imperatoris magnus animus. expeditio contra tyrannum Trapezuntinum, et praeclara in Persas belli gesta. Manuelis Comneni filii egregium facinus ad Neocaesaream* (9). *Iohannis Isaaci filii a patre imperatore ad sultanum defectio; unde non exigua incommoda. Christianos quosdam perduelles imperator debellat, et calamitatibus domesticis premitur* (10). *Antiochenae expeditionis malum consilium. violatae urbis dat poenas Comnenus, in venatione venenato suo telo vulneratus unde plaga immedicabilis. de eiusdem obitu oracula* (11). *Iohannis Comneni morituri oratio ad cognatos amicos et magnates. Manuelem Isaacio natu maiori praefert et successorem nominat. ab omnibus Manuel imperator salutatur. Iohannis Comneni obitus et elogia* (12).

DE MANUELE COMNENO.

Lib. I. *Manuel Iohanni Comneno patri succedens Isaacium fratrem natu maiorem in monasterio includit, et seditionis ansam praecidens a Byzantinis ob animi et corporis dotes eximias cupide suscipitur* (1). *A Michaele patriarcha diademate ornatus, et cum fratre reconciliatus, in Persas movet semel et iterum. uxorem duxit Alemannam quandam, egregia forma et heroïco animo mulierem, quam negligit incestu pollutus* (2). *Iohannem Hagiotheodoritem imperii cancellarium et Iohannem Puzenum (cuius tenacitas sordida, inhumanitas item et avaritia describitur) supremum quaestorem constituit. Hagiotheodorites a Theodoro Stypiota loco pellitur. Manuelis virtutes, quae paulo post immutantur* (3). *Conradi Germanorum imperatoris expeditio Hierosolymitana. Alemannorum legatis Manuel benigne respondet, sed clam insidiatur; et Graecorum legiones Alemannicum exercitum, Philippopolitani episcopi aulica facundia circumductum, comitari iubet* (4). *Alemannorum et Graecorum dissidia. exercitus Conradi incommoda, quem Graeci ferro fraude veneno, Manuelis iussu et exemplo, persequuntur* (5). *Turcas hostes infensissimos Germanicus exercitus adoriri constituit. Conradi ad milites pia et acris oratio. atrox pugna et illustris victoria de Turcis reportata* (6).

Lib. II. *Rogerius rex Siciliae Corcyram occupat, Acarnaniam Aetoliam et oram maritimam vastat, Boeotiam Corinthum diripit, Acrocorinthi arce recepta* (1). *Manuelis expeditio contra Siculos. Corcyrae oppugnatio, et Contostephani magni ducis interitus* (2). *Cosmas patriarcha ob vaticinium de Contostephani interitu pridem editum dignitate exuitur. Contostephano succedit magnus domesticus* (3). *Ligneam turritam scalam Manuel in Corcyrenses obsessos exstruit, quam Pupaces et alii* CCCC *conscendunt. fracta autem scala plerique pereunt: Pupaces autem mirabiliter evadit* (4). *Seditio cruenta inter Graecos et Venetos, qua aegre sedata et exercitibus reconciliatis oppugnatur denuo Corcyra et tandem deditione recipitur* (5). *Manuelis irrita in Siciliam expeditio. Serviam populatur. Michael Palaeologus rem gerit feliciter adversus Siculos* (6).

In Servios et Hungaros expeditiones Manuelis et triumphus. cum Scythis Calamannus male pugnat. Alexius Bryennius, Iohannes Ducas et Constantinus Angelus a Siculis capiuntur (7). *Manuel cum Rogerio Siculo pontificis Romani hortatu pacem init: sed paulo post mutuae inimicitiae recrudescunt* (8).

Lib. III. *Manuelis Hungarica expeditio. Hunnicae grassationes* (1). *Andronici et Manuelis incestus. Andronicus affinium insidiis in carcerem coniectus elabitur uxoris opera: sed in itinere interceptus reducitur in custodiam* (2). *Ludicras pugnas equestres Antiochiae Manuel instituit. eius copiae dimissae cladem a Turcis accipiunt* (3). *Theodorus Stypiotes ob Camateri logothetae calumnias occaecatur. expostulatio Nicetae cum divina providentia. Camateri logothetae mores, bibacitas et voracitas* (4). *Manuelis secundae nuptiae. Nicetae expostulatio cum deo de Turcicis grassationibus. Iconiensis sultani et Cappadocis toparchae dissidia: sultanus ad Manuelem confugiens magnifice excipitur. terrae motus apparatum eorum turbat. Agarenus quidam, novus Icarus, suae temeritatis luit poenas* (5). *Clyzasthlanes Iconii sultanus ingentibus donis a Manuele adfectus, Iconium reversus fidem fallit, et Manuelis subditos vexat atque oppugnat* (6). *Fucata sultani et Manuelis amicitia; unde vastationes et clades mutuae* (7).

Lib. IV. *Manuel affinem Stephanum, Hunnorum regis fratrem, frustra Pannoniae regem facere conatur: nam Stephanus ab Hunnis veneno tollitur, quibus Manuel bellum indicit* (1). *Andronicus semel et iterum mirandis artibus vinculis elapsus tandem Manueli patrueli reconciliatur* (2). *Michaelis Branae ingenuitas. Manuelis Pannonica expeditio, et Zeugmini oppidi recuperatio, in qua variae belli facies* (3). *Deses Serviae despota cogitur ad obsequium. Alexius Hungarus, Mariae Manuelis ex Alemanna filiae maritus, imperio destinatur. Andronico refragante, qui cum Toruse Armenio infeliciter bellum gerit* (4). *Andronicus ob illicitos cum Philippa imperatricis sorore et Theodora Balduini vidua amores Manueli exosus, varia agitatus fortuna, cum tribus liberis et Theodora ad sultanum Chaldaeum confugit* (5). *Manuel princeps sollicitus et suspicax Alexium protostratorem virum innocentem ad cucullum induendum adigit. unde Manueli in Alexium malus animus* (6). *Aaron, Sclerus, Sicydites, insignes nebulones, ob magiam perfidiam et calumnias excaecati; et Aaroni postea Isaaci Angeli iussu lingua excta. Manuel cum magna omnium gratia et laude nova castra in Asia condit* (7).

Lib. V. *Manuel ex duabus statuis altera erecta altera ejecta, bello Hungarico Andronicum Contostephanum praeficit, et victoriae omen ex Hungari lapsu arripit. Pannonii se ad bellum accingunt* (1). *Andronicus neglecta Manuelis superstitione astrologica milites ad pugnam hortatur* (2). *Utriusque exercitus dispositio. pugna: victoria penes Andronicum, qui fama territus Istrum traiicit. Manuel autem de Pannoniis superatis triumphat* (3). *Contra Servios Manuelis expeditio; item contra Aegyptios, Amerigo Hierosolymorum rege auxilia pollicente* (4). *Amerigus pedem refert: nihilominus tamen Tamiathum obsidet Andronicus, et variis modis oppugnat* (5). *Fraude Amerigi Andronicus Tamiathi expugnatione frustratus, milites ad oppugnationem redintegrandam hortatur* (6). *Tentata expugnatio Amerigi dolis irrita redditur, et Graeci Tamiatho domum redeuntes naufragio fere omnes pereunt. Sarraceni pacem cum Manuele firmant* (7). *Nascitur Manueli filius Alexius, imperator desi-*

gnatus. Manuelis gener Pannoniae regnum occupat, et marchionis Montisferrati filio Mariam filiam dat uxorem (8). *Manuelis cum Venetis controversiae, bellum et pax sancita* (9).

Lib. VI. *Sultanum Persicum Manuel adoriri constituit, Dorylaeo et Subleo instauratis: se ad bellum aperte accingit* (1). *Manuel spreta sultani pacem petentis legatione superbiae suae dat poenas, temerarium iter ingressus, in quo insigni clade afficitur* (2). *Capitalia Manuelis pericula, quae aegre superat, multis suorum millibus et illustrissimis quibusque cognatis desideratis* (3). *novae caedes, ex quibus elapsus Manuel et ad legiones accedens conviciis acerbissimis pungitur, quae patienti silentio obruit* (4). *Ignavissimum Manuelis de clandestina fuga consilium a gregario milite arguitur. sultanus ultro Manueli pacem offert; unde Graecorum exercitui salus. Nicetae de somnio Manuelis et Mauropuli ante infelicissimam illam pugnam narratio* (5). *Pace sancita Graecos Persae nihilominus infestant. Manueli condicionibus pacis haud satisfacienti sultanus bellum infert* (6). *Manuel per legatos sultani exercitum praeda onustum caedit et ad internecionem delet* (7). *Alia Manuelis expeditio in Persas cum infelici eventu. Turci Claudiopolin a Manuele protectam frustra oppugnant* (8).

Lib VII. *Manuelis in Fridericum Caesarem et Occidentale imperium dolosae artes. Anconae obsidio et propugnatio* (1). *Nicetae de Manuelis consilio iudicium. Manuelis rapacitas, profusiones et inconsulta in ignotos benevolentia; unde maxima rei publicae labes* (2). *Aedificia et luxus Manuelis, austeritas item in monachos, quos ad rigidiorem instituti sui professionem revocat* (3). *Negligentia eiusdem circa disciplinam militum, quos nimia licentia reddit deterrimos* (4). *Aula et militia perturbatis animum curiose ad theologiam applicat, de praecipuis doctrinae Christianae articulis temerarie definiens* (5). *Insanit deinde circa Machometis blasphemias, quas doctis et piis viris nequicquam reclamantibus edicto confirmat* (6). *De Manuelis interitu praesagium observatu dignum. in monastico habitu, ab astrologis dementatus, moritur. successor, imperii tempus, et sepultura eiusdem* (7).

DE ALEXIO COMNENO MANUELIS F.

Puerilis aetas Alexii, Manuelis filii et successoris, aulicorum item improbitas imperium Graecorum pessundat (1). *Andronicus Comnenus, sequentium tragoediarum pars maxima, cum Manuele reconciliatus Oenaeum ablegatur, ut in otio post longinquos errores se recrearet* (2). *In solitudine sua Andronicus imperii occupandi cudit consilia* (3). *Maria Caesarissa, Alexii pueri imperatoris soror, Alexii protosebasti, qui in aula rerum potiebatur, potentiam aegre ferens coniurationem init* (4). *Consilio suo frustrata seditionem concitat, Byzantini populi favore adiuta* (5). *Seditionis a Maria concitatae effecta. protosebasti conatus. pugna cruenta* (6). *Mariae maritus suos ad pugnam instaurandam hortatur, et impetum facit in protosebasti milites. patriarchae Theodori auctoritate pax restituitur* (7). *Ignominiosi huius belli detestatio. patriarcha dolis protosebasti loco movetur, et paulo post restituitur* (8). *Andronicus aperte imperium affectat. protosebastus imperatricis favore innixus, quos et quibus potest modis sibi conciliat et Andronico reddit adversarios. Andronicus autem viribus haud destitutus in instituto pergit* (9).

Protosebasti classis contra Andronicum. Xiphilini legati, magni ducis et aulicorum fere omnium ad Andronicum defectio (10). *Cpolitanarum rerum mira conversio. protosebastus in vincula coniectus excaecatur. Latini seu Franci urbe pelluntur* (11). *Futurorum praesagia. patriarchae cum Andronico congressus et collocutiones* (12). *Andronici cum imperatore Alexio et matre eius congressus. mendicus in Andronici gratiam a plebe vivus exuritur. ad Manuelis sepulcrum Andronicus qua fronte et voce accesserit* (13). *Suo arbitratu rem publicam Andronicus administrat. in nobiles quosque grassatur, Iohannem Cantacuzenum excaecat. Mariam Caesarissam eiusque maritum veneno tollit* (14). *Alexii et Irenes Andronici nothorum incestae nuptiae. Theodosius patriarchatu cedit, et successorem habet Basilium Camaterum* (15). *Sultanus Iconii in Oriente grassatur. magnus domesticus Iohannes Comnenus arma movet in Andronicum, cuius exercitum fundit et fugat. Iohanne mortuo eiusdem filii in Andronici manus incidunt et excaecantur. Alexius puer coronatur* (16). *Andronicus imperatrici struit insidias. in Andronicum coniuratio facta detecta et excaecatione multata. imperatricis miserabilis interitus* (17). *Consiliariorum et aulicorum ignavia summaque improbitate Andronicus imperator designatur salutatur, et Alexio puero, Manuelis filio, praefertur, qui paulo post ab Andronico non tantum imperio sed et vita crudeliter spoliatur* (18).

DE ANDRONICO COMNENO.

Lib. I. *Alexii elogium. huic succedit Andronicus Comnenus, qui iam provectae aetatis sobrini sponsam adolescentulam nondum* XI *annos natam uxorem ducit. pontifices adulatores deludit et merito praemio donat. Lapardas, vir bellicosus, ab Andronico deficit, sed interceptus erutis oculis in monasterium coniicitur* (1). *Relaxatis curis Andronicus ad Nicaeam obsidendam proficiscitur. oppugnationis varii eventus* (2). *Theodori Cantacuzeni interitus. Isaaci Angeli segnities, Nicolai pontificis pavor fuit occasio Nicaeae dedendae. in oppidanos saevit Andronicus, et Isaacium comiter excipit* (3). *Prusae excidium, et in Prusaenses Andronici crudelitas. Angeli Theodori excaecatio, nobilium multorum supplicia. Andronici in theatro periculum* (4). *Isaacius Comnenus Cyprum occupat et in ea tyrannum agit; unde Andronico metus* (5). *Macroducas Constantinus et Ducas Andronicus, Andronici familiares et consiliarii, mira quadam ratione ultimo afficiuntur supplicio. populi affectus sub illa tyrannide, cui Andronicus legum auctoritatem praetexit; et paulo post Sebastianos fratres laqueo suffocat* (6). *Alexius Comnenus, Manuelis ex fratre nepos, Siciliae regem in Graecos concitat. Dyrrachium et Thessalonicam Siculi occupant. Thessalonicensium urbe dedita miseriae* (7). *Siculorum grassationes horrendae in Thessalonicenses, qui domi se continebant* (8). *Eorundem immanitas in miseros, qui aedibus relictis per vicos vagabantur et in plateis considebant. insolentia in eos qui religionis ergo conveniebant in templis. Eustathius Thessalonicae episcopus sua intercessione cives sublevat* (9). *Andronici crudelitas in Irenem filiam notham, eiusdemque maritum: corruptorum iudicum qui coniugium istud probaverant insectatio. Mamalus scriba crudelissimo ignis supplicio affectus* (10). *Disypatus Georgius, magni templi lector, coniicitur in vincula. Tripsychus Constantinus diligentissimus tyrannidis An-*

dronici minister, volubili quadam rerum vicissitudine eversus excaecatur (11).

Lib. II. *Andronicus Siculis victoribus parum feliciter resistit* (1). *Eiusdem apparatus ad Cpolitanae urbis, quam obsidere cogitabant Siculi, defensionem. negligentia, luxus, satellites, canis, crudelitas Andronici* (2). *Contra eiusdem praeclarae quaedam virtutes proponuntur, nempe benignitas in pauperes et rei publicae cura* (3). *Gravis oratio Andronici de imperatorum negligentia* (4). *Severitas Andronici naufragorum incolumitati consulit. alia memoranda in rei publicae commoda ordinat. aequus est subditis, eorumque oppressores multat. doctorum amans, sed disputationibus de religione infensus* (5). *Saturnina Andronici statua. imagines imperatricis quam suffocaverat cur transformaverit. templum XL martyrum instaurat, et exiliis suis gloriatur* (6). *Crudele Andronici consilium de tollendis omnibus seditiosorum cognatis. universae eorum familiae condemnantur* (7). *Edicti crudelis exordium et summa eiusdem exagitatio. Manuel Andronici filius edicto refragatur* (8). *Impietas Andronici ad Engastrimythos daemonum servos abeuntis, ut successorem nosset. mali genii oestro percitus malum imminens minime videt* (9). *Hagiochristophorita dum Angelum Isaacium occidere studet, occiditur: Isaacius autem in templo supplex populum concitat* (10). *Seditionem comprimere dum studet Andronicus, accendit. Iohannes Ducas frustra ambit imperium: nam Isaacius Angelus imperator designatur; unde Andronici fuga* (11). *Palatium a plebe direptum: captivitas Andronici, qui miserabiliter exagitatus a plebe Cpolitana atrocissimis cruciatibus occiditur* (12). *Andronici elogia, vaticinium, sepultura, et de eiusdem interitu vaticinium* (13).

DE ISAACIO ANGELO.

Lib. I. *Commoda Isaacii Angeli initia. expeditio contra Siculos. Andronici filii excaecantur. Siculi exercitus socordia* (1). *Branas Isaacii legatus profligat Siculos, quorum duces capti et terrestris exercitus misere dissipatur. Alexius Comnenus belli fax captus excaecatur* (2). *Siculae classis calamitates. Isaacius Siciliae regis iustam petitionem contemnit, duces captivos coniicit in carcerem, deinde educit et pro se orantes audit* (3). *Benevolentia Isaacii in duces captivos et alios quoscunque dictis testata, quibus facta minime respondent. Clizasthlanis sultani grassationes. secundae nuptiae et sordes Isaacii. Mysorum seu Blachorum defectio* (4). *Calamitosa in Cyprum expeditio adversus Comnenum Isaacium, cuius mandato Rentacenus Basilius crudeli supplicio afficitur. Blachos a furiosis et daemoniacis ad bellum concitatos Isaacius Angelus sua negligentia confirmat* (5). *Blachicum bellum a ducibus male commissum; et Iohannis Cantacuzeni letalis temeritas. Branas Alexius seditionem movet in Isaacium, imperatorio nomine usurpato; Byzantium obsidet, et cum Isaacii milite ante urbem manus conserit; et per piscatores Propontidis imperatoriam classem fatigat* (6). *Conradus Caesar Montisferrati marchio Isaacium nutantem confirmat, et non modo precibus verum etiam ensibus hostem repellendum esse docet. Isaacii ad milites hortatoria oratio* (7). *Inter duos exercitus certamen. Branas a Conrado interficitur. Constantini Stethati astrologi interitus* (8). *Branae caeiti et uxori Isaacius victor insultat; seditiosis ignoscit, et ut sacri-*

ficulus irridetur (9). *Suburbana Byzantii aedificia diripiuntur et incenduntur. opifices Latinorum aedes direpturi male multantur, sed pro meritis. Latinorum soleis commentum* (10).

Lib. II. *Isaacii Angeli in Blachos expeditio. Conradi Caesaris in Palaestina interitus. ideo de Chaviorum audacia narratio. Graeci a Blachis caeduntur, et Isaacius pedem referre cogitur* (1). *Theodori Mangaphae imperium affectantis defectio. is a sultano proditus conicitur in carcerem* (2). *Friderici Barbarossae in Palaestinam expeditio. legati vaecordes Fridericum et Isaacium committunt. Armeniorum et Alemannorum in religione consensio* (3). *Mutationes variae in ecclesiastico statu tunc temporis, et Isaacii astutiae in his mutationibus descriptae* (4). *Protostrator Friderico frustra insidiatur. Graeci fugantur ab Alemannis, qui inconstantiam superbam Isaacii experiuntur et deridenf* (5). *Friderici in Orientem traiectus, non aversante Isaacio. Philadelphiensium perfidia et Laodicensium hospitalitas. Turcas perfidos Fridericus maximis damnis afficit* (6). *Pugna Friderici ad Iconium. Alemannici cuiusdam herois fortitudo* (7). *Friderici submersio et praeclarum elogium. eiusdem filio mortuo Alemanni rebus infectis domum redeunt. Francorum et Anglorum expeditio in terram sanctam quam vocant* (8).

Lib. III. *Isaacii familia et diuturni imperii imaginatio. Pseudalexii seditio et interitus* (1). *Alterius Pseudalexii et Basilii Chozae crebrae seditiones et exitium. procerum nonnullorum supplicia* (2). *Clades Isaacii in Blachica expeditione. Hannonem imitatus falsam iactat victoriam. et inanes magnarum rerum imaginationes* (3). *Blachorum et Scytharum grassationes. Serviorum Pepanus victus. Constantinus Angelus repressis Blachis affectat imperium, sed derisus a Batatze et a milite proditus excaecatur; unde Blachis gaudium et Graecorum subsannatio* (4). *Isaacii vecordia. Theodori Castamonitae potentia et interitus. pueri duo imperatores imperium administrant* (5). *Luxus et ineptiae Isaacii, atque in aedificiis publicis ac privatis immensi sumptus* (6). *Eiusdem sacrilegia, avaritia et alia scelera, necnon quaedam virtutes describuntur* (7). *In Blachos expeditionem suscipit. frustra monetur de fratris insidiis. Basilacius fatuus vates Isaacio excaecationem denuntiat* (8). *A fratre Alexio Isaacius imperio et oculis privatur* (9).

DE ALEXIO COMNENO ISAACII ANGELI FRATRE.

Lib. I. *Graecorum in Isaacii adverso casu affectus. Alexii parricidae, novi imperatoris, profusiones, et rei publicae cura posthabita. Contostephani Alexii seditio opprimitur* (1) *Alexius a cunctis per malas artes acceptus in urbem ingreditur infelicis imperii omina* (2). *Angeli cognomentum Alexius repudiat, et Sardanapalum agit. Euphrosyna imperatrix virago, sed superba luxuriosa et impudica. Pseudalexii Cilicis seditio et interitus. Isaacii Comneni in seditionis apparatu interitus* (3). *Blachi condiciones pacis ab Alexio oblatae aspernantur. Asanis de fama et de Alexio imperatore disputatio. Isaacius sebastocrator ab Asane capitur* (4). *Asani sacrificulus necem praedicit; et paulo post Asan interficitur ab Ibanco* (5). *Graecos Ibancus in auxilium vocat, sed ab iis nihil adiuvatur. ad Alexium se confert, cui utilem navat operam* (6). *Persae Graecos bello aggrediuntur, et Dadibram urbem occupant.*

Amerigi, Friderici Barbarossae filii, ad Graecos legatio (7). *Alexii responsio, et ostentatio ab Alemannis derisa. ingentem auri vim singulis annis persolvi sibi petit Amerigus; inde inter Graecos tributum exactum est quod Alemannicum dicebatur: Alexius autem sepulcra spoliat* (8).

Lib. II. *Nicetas insultat Amerigo mortuo, illiusque in Siculos crudelitatem exaggerat. Caphures Genuensis pirata a Iohanne Stirione opprimitur* (1). *Turbae in aula Alexii imperatoris, cuius cognati omnia vendunt. Euphrosyne imperatrix Constantinum Mesopotamitanum evehit: ideo a fratre et genero adulterii accusatur; unde Batatzis nobilis adolescentis proditoria caedes et Alexii factum indignum* (2). *Alexii irrita contra Blachos expeditio. Euphrosyne in monasterium abstruditur, sed delatorum opera revocatur* (3). *Constantini Mesopotamitani sacrificuli et versutissimi aulici mirae artes describuntur. in altum sublatus casu graviore ruit* (4). *Temeritas Alexii in Iconiensi sultano concitando. sultanus oppida quaedam ex improviso capit. Antiochia Phrygiae maximo periculo mire liberatur. sultani in captivos humanitas. Alexii futiles ad bellum apparatus* (5). *Alexius inconsulte in se ipsum saevit. imperatricis deliberationes de imperii successore. Miserrimus imperii status; et Scytharum in Thraciam eruptio* (6).

Lib. III. *Alexii contra Chrysum Blachum bellica expeditio, et irrita Prosaci munitissimi castelli oppugnatio. Chrysus ex hoste fit Alexii affinis* (1). *Scytharum incursio in Macedoniam. nuptiae filiarum Alexii. Ibanci defectio, et in eum expeditio, protostratori Manueli Camyzi infausta* (2). *Controversiae inter Graecos de eucharistia, et theologorum variae sententiae* (3). *Ibancus Alexii periurio deceptus capitur. Euphrosyne imperatrix oppresso Contostephano res futuras profana curiositate investigat. Caichosroen sultanum Rucratinus frater Iconio pellit* (4). *Comani a Rossis et Calyza principe Christiano repressi. Calomodii divitis negotiatoris comoedia. Iohannis Lagi tragoedia* (5). *Iohannis Comnenii Crassi seditio. Alexii spoliatio navium et perfidia in Rucratinum. Michaelis defectio periculum Alexii a naufragio et ruina* (6). *Eudocia Alexii filia a Stephano Triballo repudiata. Mysi Constantiam et Varnam expugnant. protostrator ad Chrysum deficit. Spyridonacae defectio. Alexius tandem seditiosos coercet* (7). *Ad cladis Brytanniae descriptionem accedens Nicetas Alexii imprudentiam proponit, qui de Isaacio fratre securus est. Comneniorum fratrum rapacitas et profusiones* (8). *Veneti multis iniuriis ab Alexio et Comneniis fratribus affecti, Henrici Danduli ducis sui consilio bellum contra Byzantinos parant. Alexius Angelus Isaacii filius cum Veneta classe se coniungit. imperator classem hostilem contemnit, quae in Graeciam vela dat* (9). *Byzantii obsidio. velitationes Graecorum et Latinorum. incendium Byzantii. Alexius frustra tentatis armis Debellum profugit, imperio spoliatus eiusdem elogia* (10).

DE ISAACIO ANGELO ITERUM IMPERATORE.

Alexio fugato Isaacius excaecatus iterum imperator salutatur, qui fratris fugam Alexio filio et Latini exercitus ducibus denuntiat. Latinis sacra et profana vix sufficiunt (1). *Synagogae Sarracenorum direptio causa incensae urbis. huius incendii luctuosissimi*

descriptio (2). *Alexius Comnenus relictum imperium frustra repetit. Isaacii et Alexii filii dissidium turpitudo vecordia monachorum assentationibus fovetur. Minervae statuam aeream plebs comminuit* (3). *Latini rapinis incendiis ferro grassantur in Byzantinos. Alexius Ducas Murzuflus Latinis resistit. seditio contra Isaacium et Alexium Angelos* (4). *Nicolaus Canabus adolescens a plebe invitus imperator inauguratur. Isaacio animam agente Alexius filius sibi consulit. Murzuflus astute deiicit, et Canabo oppresso vita spoliat* (5).

DE ALEXIO DUCA MURZUFLO.

Alexii Ducae Murzufli ingenium. locupletibus multatis bello se parum feliciter parat. a Latinis fugatur (1). *Pacificationis conatus irriti. urbis oppugnatio expugnatio et incendium. eques unus Latinus Graecos in fugam vertit* (2). *Murzufli fuga. Theodorus Ducas et Lascaris frustra de imperio contendunt. urbis direptio et sacrilegiorum deploratio* (3). *Latinorum in urbe depraedationes et alia flagitia. eorundem insectatio. Sarraceni Latinis humaniores* (4). *Deploratio urbis prolixe descripta per Nicetam* (5). *Confessio et invocatio. multiplex item consolatio et ad poenitentiam adhortatio* (6).

DE REBUS POST CAPTAM URBEM GESTIS.

Nicetas rationem reddit cur post expugnatam a Latinis Cpolim Solonis exemplum non sit imitatus (1). *Graecorum clades nulla prodigia praecesserunt. captae urbis miserrimus status. Nicetae peculiaris condicio* (2). *Miris modis conservatur Nicetas, qui nobilem virginem a raptoris manu prudenter vindicat* (3). *Cum moenibus urbis Nicetae expostulatio et urbis adlocutio inaniaque vota* (4). *Nicetae et aliorum exsulum fortuna, populi item et militum licentia describitur* (5). *Inter Duces Latinos sortitio provinciarum nondum subactarum. in comitiis regiis sortitionis ritus. Balduinus Flandriae comes Danduli opera creatur imperator. eiusdem elogium* (6). *Balduinus imperium stabilire studet. ad eum Bonifacius marchio deficit, et reconciliatus Graeciam occupat* (7). *Henricus Balduini frater et Petrus Plancius Asianas urbes occupant. Prusae irrita obsidio. Theodorus Philadelphiensis ab Henrico profligatus. marchionis in Graecia grassationes. Leonis Scurii Nauplii tyrannis Michael Choniates Leonem placat* (8). *Scurus Alexii imperatoris filiam Eudociam ducit. Murzufli miserabilis interitus. marchio Graecia potitur. Scurus Acrocorinthum confugit. Alexius imperii insignibus exuitur* (9). *Graeci milites a Latinis repudiati Blachorum ope urbes ad defectionem impellunt. Latini Occidentales urbes recuperare satagunt. Graecorum clades ad Arcadiopolim. Adrianopolis obsidio. Latini a Scythis in insidias pellecti a Blachis capiuntur et occiduntur. Dandulus effugit* (10). *Graeci a Scythis et a Latinis vexantur. Mysorum et Latinorum pugna ad Serras. marchio Thessalonicensium defectionem ulciscitur. Alexii relegatio. marchionici denuo a Scythis vincuntur et urbes amittunt. Latini in Thracia grassantur* (11). *Henricus Balduini frater Aprum vi expugnat, Orestiadem frustra oppugnat. Petri Plancii casus. lues et fames obtidionem solvunt. Didymotichum Euri exundatione defensum. Graeciae miserrimus status* (12). *Mauzoromes Lascaris et Comnenus in Oriente de imperio contendunt. Philippopolim Blachi, Thraciam Scythae vastant. Latini ad Rusium caesi a Scythis* (13). *Multarum*

urbium Graecarum excidia. Athyrae et aliarum calamitas. Iohannes Didymotichum frustra oppugnat (14). *Latini Adrianopolitanis et Didymotichinis opem ferunt. Thraciae vastitas a Scythis et Blachis facta. augurium corvorum et cornicum. Graecia in tyrannides distracta. Nicolai archiepiscopi Corinthii interitus* (15). *Orientis status. Aldobrandinus Pergami tyrannus. Cretam Genuenses occupant. Attaliam Caichosroes frustra oppugnat. David Comnenus Latinorum fretus auxilio Laseari resistit* (16). *Petrus Plancius Pegas occupat. Henricus Balduini frater imperator designatur. Graecorum militum perfidia. Balduini miserabilis interitus. Constantini Tornicis mors cruenta. Fatalia urbis simulacra confringuntur* (17). *Latinorum diligentia et Romanorum ignavia. Henricus Blachos profligat. adversus iniqua hominum de se iudicia querela Choniatae, qui finem historiae suae imponit* (18).

P. 2. V. 2 1. Αἱ ἱστορίαι δὲ ἄρα κοινωφελές τι χρῆμα τῷ βίῳ ἐφεύρηνται, εἴπερ ἐκ τούτων οὐκ ὀλίγα ἔστι ξυλλέγειν τὰ βελτίω τοῖς ἡρημένοις. εἰδυῖαι γὰρ τὰ ἀρχαῖα καὶ ἔθη αὗται διατρανοῦσιν ἀνθρώπεια καὶ πολυπειρίαν ὑποτιθέασιν, ὁπόσοι τῶν ἀνδρώπων μεγαλογνώμονες καὶ τοῦ καλοῦ αὐτόφυτον τρέφοντες ἔρωτα· καὶ κακία δὲ παρ' αὐταῖς κωμῳδουμένη καὶ ἀγαθοπραξία ἐξαιρομένη μετρίους ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἐπιδιδόντας τοὺς παρ' ἑκάτερα τιθέασι ῥέποντας, ὅσοι τέως οὐχ ὑπ' αἰσχίστης συνηθείας καὶ φαυλοτάτης ἕξεως ἀνεπιστρόφως
B ἔχουσι τοῦ πολυεράστου χρήματος ἀρετῆς, ἐπεὶ καὶ ἀθανάτοις ἐοίκασι δήπουθεν θνητοὶ καὶ ἐπίκηροι γεγονότες καὶ πάλαι τὸ ζῆν ἐκτοξεύσαντες, ὅσους παρειλήφει τὸ ἱστορεῖν. ὀρθῶς γὰρ ἡ τοὐναντίον φαύλως βεβιωκότες εὖ τε καὶ αἰσχρῶς ἀκούουσιν. καὶ τοῦ μὲν ἐς ᾄδου βέβηκεν ἡ ψυχή, πρὸς δὲ τὰ ἔξ ὧν ἠρμόσθη τὸ σῶμα ἐπαλινδρόμησε· τὰ δὲ παρ' αὐ-

4. πολυπειρίας W. 7. ἐξαιρουμένη W. 8. τιθέασι om A. 11. δήπου A.

1. Utiliter inventae sunt historiae, neque parvas iis qui rebus melioribus student commoditates suppeditant, tum vetustatis memoria repetenda, tum ingeniis hominum explicandis, tum variis eorum conatibus ob oculos ponendis, quibus animorum magnitudo et honestatis amor ab ipsa natura fuit insitus. iam quia vitia perstringunt et praeclaras actiones celebrant, moderatiores plerumque reddunt et meliores homines, tam ad vitia quam ad virtutem propensos, iis duntaxat exceptis, qui turpissima educatione corrupti ac mala consuetudine depravati nullam virtutis rationem habent, qua nihil est in rebus humanis praeclarius aut magis expetendum. ad haec ii quos monimenta historiarum complectuntur, quamvis mortales et obnoxii

τοῦ βεβιωμένα, κἂν ὅσια εἴη κἂν δίκαια, κἂν ἀθέμιτα κἂν ἐφύβριστα, κἂν ἐβίω εὐδαιμόνως κἂν κακοπραγῶν ἀνεχρέμψατο τὴν ψυχήν, ἡ ἱστορία διαπρυσίως βοᾷ. ὥστε καθ' ἕτερόν τινα τρόπον καὶ λόγον καὶ βίβλος ζώντων ἡ ἱστορία λεχθήσεται, καὶ σάλπιγξ περίτρανος τὰ γραφόμενα, τοὺς πάλαι τεθνεῶτας οἷον τῶν σημάτων ἐξανιστῶσα καὶ ὑπ' ὄψιν τιθεῖσα τοῖς βουλομένοις. ἀλλὰ τοιάδε μὲν ἡ ἱστορία, ὡς C ἐπιτρέχοντά με εἰπεῖν, αὐτοῖς δὲ τοῖς ἐπιοῦσιν οὐμενοῦν οὐδαμῶς χαρίεσσα. μὴ οὕτω μανείη τις ὡς ἥδιον ἡγεῖσθαί τι ἕτερον ἱστορίας· ἃ γὰρ οἱ πολυετεῖς τῶν ἀνθρώπων καὶ Τιθωνοῦ παλαίτεροι καὶ τρικόρωνοι, ἐπὶ τῷ βίῳ ἔτι περιῆσαν, ἤδεσαν ἂν καὶ ἐξηγοῦντο τοῖς φιλαχροάμοσι, τὰ τῆς μνήμης ἐμπνεύοντες καὶ τὰς τῶν πράξεων ῥυσσὰς ἀνασκάλλοντες, ταῦτα δήπου προθείη καὶ ὁ φιλίστωρ, κἂν οὐδέπω παρηλ- λάχει τὸν μείρακα. διὰ ταῦτ' οὖν καὶ αὐτὸς τὰ τοῖς κατ' ἐμὲ χρόνοις γεγενημένα καὶ ἀνόπιν ἔτι βραχύ, μνήμης καὶ διηγήσεως ἄξια ὄντα καὶ τοσαῦτα τὸ πλῆθος καὶ τοιαῦτα τὸ μέγεθος, οὐκ ἔγνων δεῖν σιγῇ παρελθεῖν. οὐκοῦν καὶ διὰ P. 3 τῆσδέ μου τῆς ξυγγραφῆς δῆλα ταῦτα τοῖς ἔπειτα καθιστῶ. ἐπειδὴ δέ, ὡς καὶ ἄλλοι τε ξυμβαλεῖν ἔχουσιν καὶ αὐτὸς δὲ συνορῶν οὐχ ἥκιστά εἰμι, τὰ τοῦ ἱστορεῖν τὸ τῆς διηγήσεως ἀσαφὲς καὶ περιβολαῖς καὶ περιόδοις ἐπεστραμμένον ὡς μὴ συνᾴδον αὐτοῖς οὐ προσίενται, φιλοῦσι δὲ τὸ σαφὲς ὡς οὐ

6. non οἷον A. sed post σημάτων, οἷς an οἷα? 16. ἐπὶ A.

fatis iam olim vitae quasi pensum absolverint, immortalitatis quodammodo fiunt compotes. nam prout turpiter aut honeste vixerunt, ita male aut bene audiunt; ac animus quidem in locum suum abit, et corpus in primordia e quibus compositum fuit resolvitur: actae autem vitae ratio, sive sancta et iusta, sive nefaria et iniuria, obitusque sive felix sive calamitosus, clara historiae voce praedicatur. quamobrem haud ab re liber viventium appellabitur historia, rerumque gestarum descriptio tubae clangor, quo iam olim mortui velut e sepulcris excitati in medium producuntur. atque haec de historiarum utilitate breviter percurrere volui. neque vero quisquam adeo vaecors est, quin eam lectoribus aeque iucundam ac fructuosam esse iudicet. nam quae decrepiti senes, atque ii qui, si adhuc in vivis essent, Tithonum multis aetatibus vincerent, in coetu auditorum ex memoriae thesauro deprompta in medium afferrent, eadem vel adolescens eruditus referre queat. his igitur de causis ego etiam ea quae mea aetate et paulo supra meam aetatem memoratu digna gesta sunt, quae quidem plurima et maxima fuere, non praetereunda silentio esse ratus ad posterorum memoriam propagare studui. cum autem eorum iudiciis assentiar qui obscuritatem et perplexarum periodorum prolixitatem

μόνον κατὰ τὸν εἰπόντα σοφὸν ἀλλὰ καὶ συμβαῖνόν σφισι μάλιστα, οὐδὲ τούτου πάμπαν ἔξωθεν τοῦ καλοῦ πίπτοντ' ἂν εὕρῃ τις τὰ γραφόμενα, οἷα καὶ ἡμῶν μὴ τὸ κομπηρὸν καὶ δυσφραδὲς καὶ κρημνώδεσιν ἀποδιειλημμένον λέξεσιν ὡς ἐπίπαν ἀσπασαμένων, εἰ καὶ χαίνοντές εἰσιν εἰς τοῦτο πολλοί, εἶτ' οὖν ἀληθέστερον εἰπεῖν ἐκλείποντες τὰ τῶν πάλαι καὶ σήμερον καὶ ὅσα τι καὶ ἐπιτήδευμα προυργιαίτατον ἐξησκηκότες διὰ μακροῦ, ἐκ τοῦ πλείονος δὲ κἂν τούτῳ δρᾶν τῇ ἱστορίᾳ προθεμένων τὰ πρόσφορα, μηδ' ὑπερβάθμιον πύδα τείνειν V. 3 ἠγαπηκότων ἢ ὅλως τοὺς ἄξονας αὐτῆς ὑπεράλλεσθαι. ὑπὲρ γὰρ ἅπαν ἕτερον τὸ μὴ τὴν φράσιν ἁπλοῦν, ὡς ἔχω εἰπών, καὶ πρόχειρον εἰς κατάληψιν αὐτῇ διαβέβληται, καὶ ἠγαπήθη σφόδρα τὸ ἄκομψον καὶ ὡς ἔχον φύσεως διηγούμενον, καὶ δαιμονίως τὸ εὔληπτον περιπτύσσεται. τέλος γὰρ σκοπιμώτατον τὴν ἀλήθειαν ἔχουσα, καὶ τῆς τε ῥητορικῆς δεινότητος καὶ τῆς ποιητικῆς λογοποιίας ἀφεστῶσα κατὰ διάμετρον, καὶ τὰ τούτων διωθεῖται χαρακτηριστικά. καὶ ἄλλως δὲ κἂν οὐ βραχὺ τὸ σεμνὸν ἡ ἱστορία καὶ τὸ αἰδέσιμον ἐπισύρηται, ἐρῶσα δ' ὅμως προκεῖσθαι σκαπανεῦσί τε καὶ σιδηρεῦσι καὶ πολλῆς γέμουσι τῆς ἀσβόλης καὶ συνήθης εἶναι τοῖς πρὸς ὅπλα καὶ Ἄρεα βλέπουσι, μηδὲ γυναιξὶ χερνήτισι δυσκολαίνουσα διαξαινούσαις τὰ κατ' αὐτήν, ταῖς χαριεστέραις χαίρει τῶν φράσεων, καὶ τὸ φᾶρος τῶν λέξεων εἰλικρινὲς καὶ ἀπέριττον περικεῖσθαι φιλεῖ, οὐ μὴν κεκομψευμένον καὶ ἐξαλλον· καὶ ἡ μὲν ἱστορία, ὡς ἔνι μάλιστα, μετὰ τοῦ

3. πομπηρὸν vulgo, correctum ex A.

historiae alienam esse censent et perspicuitatem maxime gratam et aptam, equidem huic quoque virtuti operam dedi, evitatis verbis affectatis obscuris confragosis, etsi vulgus iis avide inhiare non ignoro, relictaque et superioris et nostrae aetatis consuetudine summo studio in iis elaborare. nos vero longo tempore in id operam dedimus, ut dictione huic scriptionum generi conveniente adhibita non extra limites evagaremur. quicquid enim, ut dixi, non apertum est atque in promptu positum, historia abominatur: quicquid simplex et naturale est et intelligentiae obvium, libenter admittit. nam cum ad veritatem tanquam unicum scopum collimet, atque ab oratoria calliditate et poeticis fabulis quam remotissima sit, etiam a forma dicendi iis facultatibus propria abhorret. quamvis autem multum gravitatis et reverentiae historiam comitetur, tamen quia vel opificibus, militibus et mulierculis etiam, nota esse cupit, formulis elegantioribus delectatur, vestemque amat non sane luxuriosam et exoticam, sed simplicem et mundam; nec perspicuitate et brevitate quicquam habet antiquius. quibus de causis veniam a lectoribus impetratam

σαφοῦς καὶ εἰς ἐπίτομον ἐπιτροχασθήσεται· ὁ δὲ λόγος εὐγνωμονῶν συγγνώμην αἰτεῖται παρ' οἷς εἰς χεῖρας πεσεῖται, εἰ μὴ φιλοτίμως, δι' ἃ εἴρηται, καὶ ἁβρῶς ἐκπεπόνηται, D ἐπεὶ καὶ ἄλλως νῦν πρώτως ἡμεῖς τῆς ὑποθέσεως ἐπιβαίνομεν τῇδε, οἷά τινα ἐρήμην καὶ ἀστιβῆ διιέναι ἐγχειροῦντες ὁδόν, ἣ καὶ δύσεργόν ἐστι καὶ πολλῷ ὑπερκείμενον τοῦ ἴχνεσιν ἑτέρων προωδευκότων ἐφομαρτεῖν, ἢ γοῦν ὡς διὰ λείας καὶ βασιλικῆς βαδίζειν ὁδοῦ, λέγω δὴ τῆς ἑτέρων ἱστορίας, εὐθυπόρως τε καὶ ἁπλανῶς. ἀρχὴ δέ μοι σοῦ λέγειν ὅσα μετὰ τὸ πέρας εὐθὺς τῆς ζωῆς ἅμα καὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ ἐκ Κομνηνῶν ἄρξαντος πρώτως Ἀλεξίου συμβέβηκεν, ἐπεὶ καὶ ἐς τόνδε τὸν ἄνακτα τὸ λέγειν συνεπεράναντο ὁπόσοι τῶν πρὸ ἡμῶν τῇ συγγραφῇ προδήλως ἐπέβαλον, ἵν' εἶεν τὰ ῥηθησόμενα παρ' ἡμῶν συναφῆ πως τοῖς ὑπ' ἐκείνων λεχθεῖσι, καὶ ὁ λόγος οὕτω διαπλεκόμενος τρόπον τινὰ ὁλκῷ εἰκάζοιτο ῥεύματος ἐκ μιᾶς πηγῆς ἐκδιδόντι, ἢ γοῦν τὸ τῶν κρίκων ἀλληλένδετον ὑποκρίνοιτο, τῇ τῶν ἀεὶ προσεχῶν ἐφάψει προϊόντων ἐς ἄπειρον. ἐν κεφαλαιώδεσι δ' ἐπιτομαῖς τὰ κατὰ τὸν αὐτοκράτορα Ἰωάννην τὸ ἱστορεῖν διηγήσεται, ὃς Ἀλεξίῳ διάδοχος γεγένηται τῆς ἀρχῆς, οὐδ' ἐμβραδυνεῖ ταῖς κατ' αὐτὸν ἀφηγήσεσιν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἐργάσεται λόγοις, οἷα καὶ P. 4 ἡμῶν μὴ τὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπὶ τῷδε παρειλημμένα συγγραφομένων, κἀντεῦθεν μηδ' ἀποτάδην ἐχόντων ταῦτα διεξιέναι, ἀλλ' ἅπερ εἰς ἀκοὴν ὠτίου εἰλήφαμεν ἐκ τῶν ὅσοι τῶν καθ' ἡμᾶς τὸν βασιλέα τουτονὶ ἐθεάσαντο καὶ συνωμάρτουν ἐκείνῳ πρὸς ἐναντίους χωροῦντι καὶ τὰς μάχας συνετολύπευον. ἄμεινον δ' ἐντεῦθεν ἄρξασθαι.

3. ἀκριβῶς PW. 23. ἐπιτάδην AW.

cupimus, si in opere nostro ornatus desiderabitur, praesertim cum argumentum hoc nunc primum a nobis tractetur. quod perinde est ac si viam desertam ac minime tritam ingrederemur; et longe difficilius quam aliorum vestigia persequi et via regia incedere. auspicabor autem ab iis rebus quae post Alexii primi ex Comnenia familia imperatoris obitum acciderunt, ultra quae superioris aetatis historici non sunt progressi, ut ea quae a nobis dicentur, cum illorum dictis cohaereant instar fontis unius in plures canales distributi aut anulorum longa serie inter sese cohaerentium. ac Iohannis imperatoris vitam, qui successit Alexio, breviter perstringemus; neque earum rerum commemorationi diutius immorabimur quas ipsi non vidimus, sed ab iis accepimus qui eum viderunt et in expeditiones comitati sunt. in ceteris autem uberius tractabimus omnia. sed iam ad rem ipsam accedamus, hinc sumpto exordio.

B 2. Τῷ ἄνακτι Ἀλεξίῳ τῷ Κομνηνῷ υἱοὶ τρεῖς καὶ θυγατέρες τέσσαρες ἐγεγένηντο. ἦν δὲ τῶν μὲν ἀνδρῶν ὁ Ἰωάννης κατὰ γένεσιν προφερέστερος, πρωτογενὴς δ' ἁπάντων τῶν ἐξ ὁσφύος τῷ Ἀλεξίῳ ἡ θυγάτηρ Ἄννα καθεωρᾶτο, ἥτις εἰς λέχος τῷ Βρυεννίῳ Νικηφόρῳ συνέζευκτο, τιμηθεῖσα Καισάρισσα. ὁ βασιλεὺς τοίνυν καὶ τοκεὺς Ἀλέξιος μάλιστα τῶν ἄλλων παίδων τῷ Ἰωάννῃ προσέκειτο. ἀμέλει τοι καὶ τοῦτον ἐπικρίνας τῆς βασιλείας διάδοχον καταλείψειν ἐρυθροῦ τέ οἱ πεδίλου μετεδεδώκει καὶ βασιλέα ἐδεδώκει ἀναγορεύεσθαι. ἡ δὲ μήτηρ καὶ βασιλὶς Εἰρήνη τῇ θυγατρὶ Ἄννῃ τὴν πᾶσαν ἐκ τοῦ ἐναντίου χαριζομένη ῥοπὴν οὐκ ἀνίει παρὰ τῷ συλλέ-
C κτρῳ Ἀλεξίῳ τὸν Ἰωάννην ἐνδιαβάλλουσα, προπετῆ τοῦτον ἀποκαλοῦσα, καὶ ὑγρὸν τὸν βίον ἐπιτωθάζουσα, παλίντροφόν τε τὸ ἦθος καὶ μηδαμῇ μηδὲν ὑγιὲς ἔχοντα, καὶ τιθεμένη διὰ παντὸς ἀσχολίας πάσης ἀνώτερον σπούδασμα ὅπως
V. 4 μετάθοιτο τὴν γνώμην ὁ βασιλεὺς ἣν εἶχεν ἐπ' αὐτῷ κυρωσάμενος. ἐνιαχοῦ δὲ καὶ λύγου πρόφασιν τὸν Βρυέννιον παρεισφέρουσα, παντοίοις αὐτὸν ἐπαίνοις κατέστεφεν ἅτε εἰπεῖν ἱκανώτατον καὶ οὐκ ἐλάττονα διαπράξασθαι, καὶ μαθημάτων ἐλευθερίων μεταλαχόντα, ῥυθμίζειν τὸ ἦθος εἰδότων καὶ πρὸς
D βασιλείαν ἀδιαλώβητον οὐ βραχέα συναιρομένων τοῖς ἄρχειν μέλλουσιν. ὁ δ' Ἀλέξιος ταῦτα ἐνωτιζόμενος καὶ τὸ μητρῷον φίλτρον ἐπιστάμενος, πῇ μὲν ἄλλοις ἐκ τοῦ σχεδὸν κατεπείγουσι πράγμασι χαρίζεσθαι τὸν νοῦν πλαττόμενος οὐδὲ προσέχειν ὅλως τοῖς λεγομένοις προσεποιεῖτο, πῇ δ' ἐς σκέψιν ἀπολύων τὰ

9. ἐνδώκει A. 14. ἔχοντα om. A.

2. Alexius Comnenus imperator filios tres et quatuor filias habuit. inter fratres natu maximus Iohannes fuit: Anna vero primogenita Nicephoro Bryennio, Caesarissa appellata, nupsit. Iohannem pater maxime dilexit, datisque purpureis calceis imperii destinavit et imperatorem appellandum curavit. Irene vero mater et imperatrix contra nihil non Annae filiae deferebat, neque Iohannem apud Alexium maritum ut temerarium et luxu perditum et levem ac plane vecordem calumniari non desistebat, neque quicquam habebat antiquius quam ut imperatorem ad mutandam de Iohanne sententiam compelleret. aliquando etiam Bryennium per occasionem summis laudibus celebrabat ut et eloquentissimum et rebus gerendis aptissimum, et liberalibus artibus, quae animum ad virtutem informent et ad imperium rite gerendum et tuendum maximo adiumento sint, eruditum. Alexius vero cum haec materni affectus haud ignarus audiret, alias se gravioribus negotiis occupatum verba illa prorsus non curare simulabat, alias tempus ad deliberandum sumpturum neque petitionem eius neglecturum esse affirmabat. semel vero tempe-

ἰσηγούμενα μὴ ἂν τὴν αἴτησιν αὐτῆς παραβλέψασθαι ἰσχυρίζετο. ἐνίοτε δὲ καὶ τοιοῦτόν τι παθηνάμενος εἴρηκεν „ὦ γύναι, κοινωνέ μοι λέχους καὶ βασιλείας, οὐ τὰ πρὸς χάριν ταύσῃ τῆς σῆς ὑποτιθεμένη μοι θυγατρός, ἁρμονίαν τε καὶ ἀξιν ἐπιχειροῦσα λύειν ἐπαινετήν, ὡς εἴπερ θεοβλαβείας μετέσχηκας; βάλλ' ἐς τύχην ἀγαθήν· ἢ μᾶλλον ὑεῦρο κοινῇ συνδιασκεψώμεθα, καὶ γνωσόμεθα τίς ἐξ ἁπάντων τῶν πρώην τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα παρειληφότων, υἱὸν ἔχων ἁρμόδιον εἰς ἀρχήν, τοῦτον μὲν παρεβλέψατο, γαμβρὸν δὲ ἀνθείλετο; εἰ δέ ποτε καὶ τοιόνδε τι ξυμβέβηκεν, οὐ νόμον ὦ γύναι τὸ σπάνιον ἡγησόμεθα. ἐπ' ἐμοὶ δὲ καὶ μάλα καπυρὸν γελάσεις P. 5
τὸ Παιρώμαιον, καὶ τῶν φρενῶν κριθείην ἀποπεσών, εἰ τὴν βασιλείαν οὐκ ἐπαινετῶς εἰληφὼς ἀλλ' αἵμασιν ὁμογενῶν καὶ μεθόδοις Χριστιανικῶν ἀφιστημέναις θεσμῶν, δεῆσαν ταύτης ἀφεικέναι διάδοχον, τὸν μὲν ἔξ ὀσφύος ἀποπεμψαίμην, τὸν δὲ Μακεδόνα εἰσοικισαίμην," τὸν Βρυέννιον οὕτω λέγων, ἐπεὶ καὶ ἐξ Ὀρεστιάδος ὥρμητο· μία δ' αὕτη τῶν εὐδαιμόνων καὶ κρατίστων παρὰ Μακεδόσιν πόλεων. τοιαῦτα πρὸς τὴν βασίλισσαν Εἰρήνην ἐμβριθῶς ὁ Ἀλέξιος φάμενος, ὅμως καὶ πάλιν τὸν μηδαμῶς ἀπειπόντα ὑποκρινόμενος, διῆγε τὴν γυναῖκα σκηπτόμενος ἀεὶ τὸν σκεπτόμενον· ἦν γάρ, εἰ B
καί τις ἄλλος, κρυψίνους ὁ ἀνὴρ οὗτος, καὶ σοφὸν ἡγούμενος ἀεὶ τὸ περίεργον, μηδὲ τὰ πολλὰ ἐξαγγελτικὸς τοῦ ποιητέου δεικνύμενος. ἐγγίζοντος δὲ οἱ τοῦ τέρματος τῆς ζωῆς ὁ μὲν ἔκειτο πνέων τὰ λοίσθια ἐν τοῖς κατὰ τὴν

rare sibi non potuit quin eam ita alloqueretur. „o mulier et lecti et imperii mei particeps, non tandem ea suadere mihi desines quae filiae tuae grata sunt, et conari ut ordo laudabiliter institutus turbetur? quodsi numinis alicuius ira percita es, ad sanam redito mentem; ac potius mecum considerato an ullus unquam ex superioribus Romanorum imperatoribus, cum filium imperio idoneum haberet, eo neglecto generum praetulerit. ac ut aliquando tale quippiam acciderit, quod raro factum est, pro lege habendum non erit: a me praesertim, qui cum regnum haud laudabiliter sed caedibus cognatorum et rationibus ab institutis Christianorum alienis occuparim, toti Romano imperio risui sim futurus et pro insano habendus, si in deliberatione successionis, germano filio repudiato, Macedonem in solio collocaro." sic autem appellabat Bryennium Orestiade beata et praestantissima urbe Macedoniae oriundum. quibus verbis cum Irenae petitionem graviter refutasset, tamen deinde eum prae se ferens qui haudquaquam negasset, mulierem perpetua deliberationis simulatione differebat, quippe homo, si quisquam alius, occulti animi, qui sapientiam in dissimulando positam ratus raro admodum, quid fa-

μονὴν τῶν Μαγγάνων λαμπροτάτοις οἰκοδομήμασιν, ὁ δὲ παῖς Ἰωάννης τὸν πατέρα ὁρῶν τῇ τελευτῇ πλησιάζοντα, καὶ τὴν μητέρα εἰδὼς ἀποστέργουσαν καὶ τῇ ἀδελφῇ τὴν βασιλείαν μνωμένην, κοινοῦται τὸ ποιητέον τοῖς ἐκ τῆς συγγενείας ἐκείνῳ φίλα φρονοῦσιν, ὧν τὰ κράτιστα ἦν ὁ ἀδελφὸς Ἰσαάκιος. καὶ δὴ λαθὼν τὴν μητέρα εἴσεισι τὸν κοιτῶνα τὸν πατρικόν, καὶ προσπεσὼν ὡς δῆθεν θρηνήσων ὑφαιρεῖται λάδρα τῆς ἐκείνου χειρὸς τὸν σφραγιστῆρα δακτύλιον. εἰσὶ δ' οἳ κατὰ γνώμην τοῦ πατρὸς αὐτόν φασι τόδε πεποιηκέναι, ὡς δίδωσιν ἐννοεῖν τὰ μετὰ βραχὺ ῥηθησόμενα. αὐτίκα τοίνυν ὁ Ἰωάννης τοὺς συνίστορας ἠθροικὼς καὶ τὸ πραχθὲν ἠγγελκὼς ἐπὶ κέλητος μεθ' ὅπλων πρὸς τὸ μέγιστον ἀρχεῖον ἐξώρμησε, κατ' αὐτὴν τὴν τῶν Μαγγάνων μονὴν καὶ τὰ ἁγυιὰς ὁμοίως τῆς πόλεως ὑπὸ πλήθους τοῦ σύμφρονος καὶ τῶν κατὰ φήμην τῶν δρωμένων συναλιζομένων ἀστυπόλων βασιλεὺς αὐτοκράτωρ ἀνευφημούμενος. ἡ βασιλὶς δὲ Εἰρήνη καὶ μήτηρ τοῦ Ἰωάννου πρὸς τῶν οὕτω γινομένων ἐκθαμβηθεῖσα στείλασα μετεπέμπετο τὸν υἱόν, καὶ παρῄνει τῶν ἐν χερσὶν ἀποσχέσθαι. ὡς δ' ἦν ὅλος τῶν δρωμένων ὁ Ἰωάννης καὶ κατ' οὐδένα τρόπον τῆς μητρὸς ἐπεστρέφετο, τὸν Βρυέννιον ἐπιῤῥώννυσιν ἐπιθέσθαι τῇ βασιλείᾳ συναρηγούσης αὐτῆς. ὡς δ' οὐδ' οὕτω τὰ κατὰ σκέψιν ἑώρα προβαίνοντα, πρόσεισι τῷ ἀνδρὶ ἐπὶ κλίνης ἐρριμμένῳ καὶ βραχείαις ἀναπνοαῖς τὸν ζῶντα ὑποσημαίνοντι, καὶ βαλοῦσα ἑαυτὴν τῷ

9. τόδε πεποιηκέναι] τὴν τῆς χειρὸς ὑφελέσθαι σφενδόνην A.

cturus esset, prae se ferret. instante autem obitu cum in splendidissimis Manganiae regiae substructionibus decumberet, Iohannes et eius rei et materni odii gnarus, quae imperium in sororem conferre niteretur, negotium cum cognatis sui studiosis communicat, quorum princeps erat frater Isaacius; et clam matre paternum cubiculum ingressus, et tanquam morbum eius deplorare vellet, prostratus anulum de manu eius surripit. sunt tamen qui id eum de sententia patris fecisse affirment; idque ex iis quae mox sequentur fit probabile. cum autem in coetu suorum rem gestam exposuisset, eques ad maximam regiam properavit, armis stipatus, atque in ipso Manganio monasterio et urbis regionibus a multitudine sui studiosa, et iis qui fama rei exciti in urbe versabantur, imperator salutatus est. quibus rebus Irene territa filium monuit ut coeptis desisteret. sed cum is summo studio rem urgeret neque verbis matris quidquam moveretur, Bryennium hortatur ut se adiutrice regnum affectet. ut vero ne sic quidem res procedebat, ad maritum accedit in lecto decumbentem et tenui spiritu vitam adhuc prae se ferentem, et corpori eius incumbens clare vociferatur, lacrimis instar fontis exuberantibus, fili-

σώματι καταβοᾶται λαμπρῶς τοῦ υἱέος, ὡς κρήνη μελάνυδρος τὰ δάκρυα χέουσα, ὅπως αὐτοῦ τοῖς ζῶσιν ἔτι συντατ- V. 5
τομένου τὴν βασιλείαν οὗτος κλωπεύει, εἰς ἔργα βλέψας νεώτερα. ὁ δὲ οὐδέν τι πρὸς τὰ λεγόμενα ἀπεκρίνατο, ἄλλοις καιριωτέροις, οἷα εἰκός, τὸ τῆς ζωῆς βραβεύων λειπόμενον, τῆς τε μετ' οὐ πολὺ ἐκδημίας φροντίζων καὶ τοῖς ψυχαγωγοῖς ἀγγέλοις ῥέπων τὰ ὄμματα. ἐγκειμένης δὲ λιπαρεστέρως τῆς βασιλίδος καὶ μὴ ἐνεγκεῖν ὅλως ἐχούσης τὰ παρὰ τοῦ παιδὸς γινόμενα, βραχύ τι παρεμφήνας καὶ βεβιασμένον μειδίαμα ὁ Ἄλεξιος τὰς χεῖρας ἀνέσχεν εἰς οὐρανόν, ἴσως μὲν ἐπὶ τοῖς P. 6
ἐφηγηθεῖσι διαχυθεὶς καὶ θύων ὑπὲρ τούτων θεῷ χαριστήρια, εἰπεῖν δὲ καὶ κέρτομον καὶ σεσηρὸς τῇ γυναικὶ ἐνιδὼν ὡς λόγους ἀνακινούσῃ περὶ ἀρχῆς ὅτε ψυχῆς ἐφειστήκει διάστασις ἐκ τοῦ σώματος, ἢ καὶ τὸ θεῖον ἐξιλευόμενος ἐφ' οἷς που καὶ παρεσφάλη τοῦ δέοντος. ἡ γυνὴ δ' οὖν ἐκ τοῦ ἀναμφιλέκτου χαίρειν οἰηθεῖσα τὸν ἄνδρα δι' ὅσα παρ' αὐτῆς ἠνώτιστο, ὡς ἤδη τῶν προτέρων ἐλπίδων διεψευσμένη παντάπασι καὶ διασφαλεῖσα τῶν ὑποσχέσεων, βύθιον στενάξασα εἴρηκεν „ὦ ἄνερ, καὶ ζῶν παντοίαις μεθοδείαις ἐκέκασο, ἀνιφθόγγον τὴν γλῶτταν πλουτῶν τοῖς νοήμασι, καὶ νῦν δὲ ὥσαύτως τοῦ βίου ἀπαλλαττόμενος ἀμεταπτώτως ἔχεις οἷς καὶ B
πρώην προσέκεισο.“ καὶ ταῦτα μὲν ἐφέρετο τῇδε, ὁ δέ γε Ἰωάννης κατὰ τὸ μέγα ἀρχεῖον γενόμενος οὐχ εὕρισκε ῥᾳδίαν τὴν εἴσοδον, οἷα τῶν φυλάκων μὴ πρὸς μόνην ὑπενδιδόντων τὴν τοῦ δακτυλίου ὑπόδειξιν, ἀλλὰ προσεπιζητούντων καὶ ἄλλο τι τεκμήριον τοῦ κατὰ κέλευσιν πατρικὴν ἐκεῖσε

um ipso adhuc superstite res novas molientem regnum affectare. ille vero gravioribus rebus occupatus, scilicet in vitae exitu, et peregrinationi iamiam instanti intentus, oculis ad angelos animorum duces conversis, nihil ad ea respondit. illa vero acrius urgente et filii facta aegerrime ferente, cum exiguo coactoque risu, manibus in caelum sublatis, sive eo nuntio delectatus et deo gratias agens sive delictorum veniam a deo flagitans, vultu parum blando eam castigavit quod imperii contentionem in discessu animi a corpore moveret. mulier itaque haud dubie maritum iis quae audisset delectatum esse ruta, ut iam omni frustrata spe deiectaque prioribus consiliis, cum magno gemitu dixit „o marite, et vivens omnibus dolis instructus fuisti, aliud dicere aliud sentire solitus; et nunc a vita discedens a consuetudine ista non discedis.“ interea Iohannes ad magnum palatium progressus non facilem aditum habuit, custodibus non statim anulo ostenso acquiescentibus, sed aliud quoque evidentius argumentum requirentibus, quo se patris iussu adesse comprobaret. porta

παραγένεσθαι. αἱ πύλαι τοίνυν τοῦ παλατίου χαλκείαις ῥάβδοις πλατείαις θάτερα τῶν ἄκρων μετεωρισθεῖσαι βραχύ τι κατὰ γῆς βάλλονται, κἀντεῦθεν αὐτός τε μετὰ ῥᾳστώνης εἰσεληλύθει καὶ συνεισῄει τὸ ὅπλοφόρον καὶ συγγενές· οὐ βραχεῖς δὲ καὶ τῶν ἐκ τοῦ ξύγκλυδος ὄχλου συνομαρτούντων ἔνδον εἰσῄρρησαν, οἳ καὶ διαρπάζειν τὸ προσ-
C τυχὸν ἐπεβάλοντο. τῶν δὲ πυλῶν αὖθις ἐπικλεισθεισῶν οἵ τ' ἐκτὸς τοῦ ἐπεισρέειν ἐπαύσαντο, καὶ τὸ εἰσεφρηκὸς ἔξιέναι μὴ συγχωρούμενον ἐφ' ἡμέρας συχνὰς ἐκεῖσε τῷ βασιλεῖ συνδιέτριβεν. ἦγε μὲν οὖν τότε πέμπτην καὶ δεκάτην ὁ Λύγουστος μήν· νυκτὸς δ' ἐπιούσης ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος τοῦ ζῆν ἀπενήνεκται, ἄρξας ἐνιαυτοὺς ἑπτὰ καὶ τριάκοντα, καὶ ἥμισυ μηνὸς σὺν τοῖς τέσσαρσι. κατὰ δὲ τὴν ἕω εὐθὺς μετα-
D στέλλεται ἡ μήτηρ τὸν Ἰωάννην εἰς τὴν τοῦ πατρικοῦ σκήνους ἔξιέναι πομπαίαν πρόοδον, αὐτίκα μάλα ἀρθησομένου τε καὶ ἀχθησομένου εἰς ἣν ἐκεῖνος ἐδείματο Χριστῷ τῷ φιλανθρώπῳ μονήν. οὐκ εἶχε δ' αὐτῇ καὶ πειθόμενον, ἀλλ' ἦν πρὸς τὴν μετάκλησιν ἀνανεύων, οὐ θέσμια μητρὸς παροροῶν ἢ τὴν πατρικὴν τιμὴν ἀπωθούμενος, ἀλλ' ὅτι τὸ νεοπαγὲς ὑπεβλέπετο τῆς ἀρχῆς καὶ τοὺς ἀντιζήλους ἐδεδίει θερμὸν ἔτι ἐγκυμονοῦντας τῆς βασιλείας τὸν ἔρωτα. ὅθεν αὐτὸς μὲν ὡς οἱ πολύποδες τῶν πετρῶν ἐξείχετο τῶν ἀρχείων, τὸ δὲ πλεῖστον τῆς μεθ' ἑαυτοῦ συγγενείας διαφῆκεν εἰς τὴν πρόοδον τοῦ πατρός.

3. Ἡμερῶν δὲ συχνῶν διαγενομένων τὴν εἰς τὰ ἀρχεῖα

8. εἰσεφρονηκὸς A. 23. πλῆθος A.

vero palatii aperta, quae ita parata erat ut cum ex altera parte in summo latis aereis laminis paululum attollebatur, cardine emota humi caderet, facilem ingressum habuit, comitantibus satellitibus et cognatis. una irrupit etiam promiscua turba; qua obvia quaeque diripere aggressa, foribus clausis, et qui extra erant, introitu prohibiti sunt, et qui irruperant, compluribus diebus inclusi cum imperatore vixerunt. agebatur tum mensis Augusti dies quindecimus, cum imperator Alexius sub noctem vita functus est, anno imperii trigesimo septimo, mense IV cum dimidio. postridie mane statim mater Iohannem ad paternas exequias vocat, quod corpus eius mox in monasterium, quod ipse Christo propitio construxisset, efferendum esset. sed eum dicto audientem non habuit, non quod matris auctoritatem aspernaretur aut patris honorem negligeret, sed quod regno nondum firmato adversarios imperii cupiditate adhuc flagrantes metuebat. proinde ut polypodes saxis, ita ipse palatio inhaerebat, maxima tamen parte cognatorum ad funus patris ornandum ablegata.

3. Diebus compluribus elapsis aditum et exitum palatii cuivis

παρόδόν τε καὶ ἔξοδον ἀνῆκε τῷ βουλομένῳ παντί, τῶν τε κοινῶν πραγμάτων ἐφήπτετο καθάπερ ῥᾴστου, ὡς ἤδη ἐν τῷ ἀσφαλεῖ καθεστώς. ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐκ γένους καὶ οἰκειώσεως αὐτῷ προσεγγίζουσι κατὰ τὸ ἀνάλογον αὐτοῖς προσφερόμενος ἁρμοδίους ἑκάστῳ ἀπένεμε τιμάς, τῷ γε μὴν Ἰσαακίῳ τῷ καισιγνήτῳ προστετηκὼς συμφυὴς καὶ ὁμόπνους ἐδείκνυτο, καὶ ὡς φιλοῦντι μὲν ὑπὲρ ἅπαντας, μάλιστα δ' ὡς τὰ πάντα ἢ τὰ πλείω εἰσενέγκαντι πρὸς τὴν ἐπίβασιν τῆς ἀρχῆς· P. 7
τοῦτον γὰρ καθισταμένης ἔτι τῆς βασιλείας καθέδρας τε καὶ τραπέζης ἐξ ἴσου κοινωνὸν παρελάμβανε, καὶ μετεδίδου τῆς ἀναρρήσεως, ὁποία ἐπιπρεπὴς τῷ τοῦ σεβαστοκράτορος ἀξιώματι, ᾧ πρὸς τοῦ πατρὸς Ἀλεξίου τετίμητο Ἰσαάκιος. καὶ φροντιστὰς δὲ τῶν δημοσίων πραγμάτων προυβάλλετο ἐκ τοῦ V. 6
καθ' αἱμά οἱ προσεγγιζόντων τὸν Κομνηνὸν Ἰωάννην, ὃν καὶ τῷ τοῦ παρακοιμωμένου τετίμηκεν ἀξιώματι, καὶ τὸν Ταρωνίτην Γρηγόριον ὄντα πρωτοβεστιάριον. ἀλλ' ὁ μὲν ὅτι μὴ τῷ δακτύλῳ τὸ πᾶν διεπέττευε, σοβαρὰν προφαίνων ὀφρὺν καὶ φρονηματώδης ὡς οὔ τις ἄλλος δεικνύμενος, τὸν φροντι- B
στὴν τῶν κοινῶν ἀπεφορτίσατο τάχιον· ὁ δὲ Γρηγόριος τῆς προκειμένης ἐχόμενος, μηδὲ μακρὰ βιβὰς ἢ γοῦν ἐκτείνων πόδας ὑπερβαθμίους, μονιμωτέρας ἰσχύος μετείληχε. παρεζεύχθη δ' ἐς ὕστερον τουτῳῖ καί τις Γρηγόριος ἕτερος, ᾧ Καματηρὸς ἡ ἐπίκλησις. ὁ δ' ἀνὴρ οὗτος ἐλλόγιμος μέν, τὸ δὲ γένος οὐκ εὐπρεπὴς οὐδ' ἐπίπαν εὐπάρυφος, τῷ βασιλεῖ δὲ προσληφθεὶς Ἀλεξίῳ καὶ τοῖς ὑπογραμματευομένοις κατα-

5. τὰς τιμὰς A. 8. εἰσενεγκόντι A.

liberum fecit, et rem publicam suo arbitratu administrare coepit ut rebus iam in tuto collocatis, cognatis et familiaribus pro dignitate cuiusque honorem habuit, Isaacium fratrem tanto amore prosequens, ut a latere eius nunquam discedere eodemque spiritu uti videretur, tum quod ab eo summopere diligebatur, tum quod eius unius, aut certe praecipuo studio, regnum occuparat. cuius initio statim pari sella eademque mensa, et ea proclamatione eum dignatus est qualis sebastocratoris honorem decebat, quem a patre Alexio Isaacius acceperat. rei publicae curam cognatis mandabat, Iohanni Comneno, quem accubitorem legit, et Gregorio Taronitae protovestiario. verum alter, quod intolerabile supercilium attollebat, nisi digito verteret omnia, et insigni arrogantia praeditus erat, cito a rei publicae gubernaculis est amotus: Gregorius vero negotiis gerendis intentus, et intra muneris sui limites modeste se continens, potestate diuturniore usus est. huic postea collega datus est alter Gregorius, Camaterus cognomento, vir egregius ille quidem, sed obscuro atque ignobili

λεγεὶς τὰς ἐπαρχίας ἀμφεποτᾶτο, κἀκ τοῦ τάσσειν φόρους αὐταῖς πλοῦτον τιθαιβώσσων βαθὺν ἠράσθη κατὰ κῆδος βασιλεῖ συναφθῆναι. οὐκοῦν καὶ προσπλακεὶς μιᾷ τῶν ἐκείνου συγγενῶν λογοθέτης τῶν σεκρέτων προυβέβλητο. ἴσχυε δ' ὑπὲρ πάντας παρὰ τῷδε τῷ βασιλεῖ καὶ τὰς πρώτας ἐκαρ- 5
C ποῦτο τιμὰς ὁ Ἀξοῦχος Ἰωάννης. ἦν δ' οὗτος Πέρσης τὸ γένος, τῆς δὲ Βιθυνῶν προκαθημένης πόλεως Νικαίας τῆς τῶν Περσῶν δυναστείας ἀπαλλαγείσης, ὅτε Βαϊμοῦνδος τῆς ἐς Παλαιστίνην πορείας εἴχετο, συνέχεται καὶ αὐτὸς καὶ τῷ βασιλεῖ Ἀλεξίῳ δῶρον παρέχεται. ἥλιξ δ' ὢν Ἰωάννῃ 10 τῷ βασιλεῖ συμπαίστωρ αὐτῷ προσείληπτο, καὶ τῶν οἰκιδίων καὶ προκοίτων ὁ προσφιλέστατος κρίνεται. ἐπεὶ δ' ἐπέβη τῆς βασιλείας, πᾶσαν ὑπερανέβη πρεσβυτέραν παραδυνάστευσιν, μέγας τιμηθεὶς δομέστικος, ὡς καὶ πολλοὺς τῶν ἐριτίμων κατὰ γένος βασίλειον ἀποβαίνειν τοῦ ἵππου καὶ τού- 15
D τῳ ἀπονέμειν προσκύνησιν κατὰ συγκυρίαν ὑπαντιάζοντας. ἦσαν δὲ τῷ ἀνδρὶ τούτῳ οὐ μόνον χεῖρες δεδιδαγμέναι πρὸς πόλεμον, ἀλλὰ καὶ πρὸς εὐποιίαν τῶν δεομένων ὀξεῖαί τινες καὶ εὐκίνητοι. ἀτὰρ τὸ εὐγενὲς τῆς γνώμης καὶ ἐλευθέριον τὸ μὴ ἔχον οὕτω τοῦ γένους τὰ πολλὰ συνεσκίαζε, καὶ πο- 20 θεινὸν παρὰ πᾶσι τὸν Ἀξοῦχον ἀπειργάζετο.

Ἀλλ' οὔπω ἐνιαυτὸς ἀκριβῶς τῷ βασιλεῖ διεγένετο, καὶ καττύεται τούτῳ παρὰ τῶν ἐκ γένους ἐπιβουλή, καθ' ὃν οὐκ

1. τὰς — συγγενῶν] καὶ κατὰ κῆδος αὐτῷ συναφθεὶς ὡς μιᾷ τῶν ἐκείνου συγγενῶν προσπλακείς P. 7. τῆς Νικαίας ὑπὸ τῶν ἑσπερίων ἀλούσης ταγμάτων, ἡνίκα τῆς ἐς Παλαιστίνην πορείας εἴχοντο PW.

genere ortus. is ab Alexio in scribarum numerum allectus provincias peragrabat, et ex ordinatione tributorum magnas opes adeptus imperatoris affinitatem expetivit, ductaque cognata quadam eius Logotheta secretorum designatus est. caeterum Iohannes Axuchus, natione Persa, omnes apud hunc imperatorem auctoritate anteibat; qui principe urbe Bithyniae Nicaea Persico dominatu liberata, cum Baimundus in Palaestinam contenderet, capitur et ipse, et Alexio dono datus, cum Iohanni aequalis esset, in collusorem eius ascitus fuit et inter domesticos et cubicularios carissimus habitus. eo vero rerum potito omne dignitatis fastigium supergressus, magnique domestici honore ornatus, eo processit ut multi honoratissimi viri ex regia stirpe, casu obviam facti, equis descenderent eique honorem haberent. erant autem ei viro manus non ad bellum duntaxat eruditae, sed et ad beneficentiam expeditae et promptae. unde factum ut generis obscuritatem generosa indoles et liberalitas fere obtegerent, atque Axuchum carum redderent omnibus.

Ceterum anno nondum exacto ex invidia et indignatione cogna-

ἔχει τις τρόπον εἰπεῖν, κατ' αὐτοῦ βαρυμηνιώντων καὶ ὅμα οἱ ἐπιρριπτούντων βάσκανον. ἀμέλει τοι καὶ σύστρεμμα τεκτήναντες πονηρὸν καὶ πίστεις δόντες ἀλλήλοις τῷ Βρυεννίῳ πάντες προστίθενται, καὶ παραχωροῦσι τούτῳ τῆς βασιλείας ὡς λογικῶν μετόχῳ παιδεύσεων καὶ εἶδος τυραννικὸν προφαίνοντι καὶ κατὰ κῆδος προφερεστέρῳ βασιλικόν· ὡς γὰρ φθάσαντες εἴπομεν, τῇ τοῦ βασιλέως ἀδελφῇ τῇ Καισαρίσσῃ Ἄννῃ συνέζευκτο, ἥτις δὴ τῆς τῶν ἐπιστημῶν πασῶν ἐπόχου φιλοσοφίας ἐδείκνυτο μέλημα καὶ πρὸς πᾶσαν ἐρρύθμιστο μάθησιν. τάχα δ' ἂν καὶ νυκτὸς ἐπέθεντο μεθ' P. 8
ὅπλων τῶν φονουργῶν αὐλιζομένῳ τῷ βασιλεῖ κατὰ τὸ μικρὸν ἄποθεν τῶν χερσαίων πυλῶν ἱππήλατον Φιλοπάτιον, θώροις προδιαφθείραντες ἀδροῖς τὸν ἐπὶ τῶν εἰσόδων τῆς πόλεως, εἰ μὴ τὸ εἰωθὸς ὑπόνωθρον καὶ χαλαρὸν πρὸς βασιλείας ἐπίθεσιν τῆς ἐγχειρήσεως ἔπαυσε τὸν Βρυέννιον, αὐτόν τε μένειν κατὰ χώραν παραβιάσαν τῶν ξυνθηκῶν λαθόμενον, καὶ κατασβέσαν τὸ θερμὸν τῶν συνελθόντων φρόνημα, ὅτε καὶ λέγεται τὴν Καισάρισσαν Ἄνναν πρὸς τὸ χαῦνον τοῦ ταύτης ἀνδρὸς δυσχεναίρουσαν ὡς πάσχουσαν δεινὰ διαπρίεσθαι καὶ τὴν φύσιν τὰ πολλὰ ἐπιμέμφεσθαι, ὑπ' αἰτίαν τιθεῖσαν οὐχὶ μικρὰν ὡς αὐτῇ μὲν ἐνδιασχοῦσαν τὸ B
ἄρθρον καὶ ἐγκοιλάνασαν, τῷ δὲ Βρυεννίῳ τὸ μόριον ἀποτείνασαν καὶ σφαιρώσασαν. φωραθέντων δ' ἡμέρας τῶν ὁμοτῶν οὐδένες μὲν αὐτῶν ἐς τὸ σῶμα διελωβήθησαν ἢ καθυπεβλήθησαν μάστιξι, τῶν δὲ οὐσιῶν ἐστέρηνται ἁπαξά-

21. διασχοῦσαν A. 22. ὑποτείνασαν A.

torum imperatori insidiae comparatae sunt, quarum ratio ignoratur. illud constat, eos improba conspiratione inita et fide invicem data ad Bryennium omnes defecisse, eique regnum detulisse ut et liberalibus disciplinis erudito et regia forma conspicuo et ob imperatoris affinitatem praeferendo. nam, ut supra diximus, Annam Caesarissam, sororem imperatoris, in matrimonio habebat, omnium disciplinarum parenti philosophiae deditam et omnibus artibus eruditam. ac imperatorem in equestri circo Philopatio, qui parum a terrestri porta distat, armis noctu oppressissent, iam ante largitionibus portae custode corrupto: nisi Bryennii innata socordia, et remissior animus, quam regni affectatio postulet, irritum eum conatum fecisset, tum ipso quiescente, oblitoque foederis, tum coniuratorum ardore extincto. quo tempore Anna Caesarissa mariti ignaviam pertaesa, iraque percita, inique secum agi dixisse, et naturam multum accusasse fertur, idque verbis obscoenioribus: quod se mulierem, Bryennium virum fecisset. mane coniuratis deprehensis, nemo eorum mutilatus aut flagris caesus est, sed omnes mulctati bonis: quae tamen ali-

παντες. μετὰ δέ τινα καιρὸν καὶ αὗται τοῖς πλείοσιν αὐτῶν ἀπεδόθησαν, ἐξ αὐτῆς τῆς πρωτεργάτιδος τῆς ἐπιβουλῆς Ἄννης τῆς Καισαρίσσης τοῦ βασιλέως ἀρξαμένου φιλανθρωπεύεσθαι. ἀρχὴν δ' ἔσχε τοιάνδε τὸ οὕτωσὶ γεγονός. τὴν ἐν
V. 7 χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καὶ πλούτῳ παντοδαπῷ καὶ ποικίλοις ἐσθήμασιν οὐσίαν τῆς Καισαρίσσης καθ' ἕνα δόμον συνειλεγμένην ὁ βασιλεὺς Ἰωάννης ἐπιστὰς ἐθεᾶτο, καὶ μὴν καὶ εἰπὼν
C ὡς „ἡ τάξις ἐπ' ἐμοί πως ἀντέστραπται· τὸ μὲν γὰρ συγγενὲς πολέμιον εὗρηται, τὸ δ' ἀλλότριον φίλιον· καὶ διὰ τοῦτο χρεὼν καὶ τὰ τῶν πλούτου πρὸς τοὺς φιλοῦντας μεταρρυῆναι" πάντα εἰληφέναι τὸν μέγαν προσετετάχει δομέστικον. ὁ δὲ εὐχαριστήσας ἐπὶ τούτοις τῷ βασιλεῖ φιλοδωρίαν μεγίστην μεταδιώκοντι, ᾔτησεν ἐνδοθῆναί οἱ τὰ εἰκότα διαλεχθῆναι. ὡς οὖν ἔλαβε τὸ ἐνδόσιμον, „εἰ καὶ βιαίων" ἔφη „πραγμάτων καὶ πολλῆς ἀδικίας γεμόντων ἦρξεν ὧ βασιλεῦ ἡ σὴ ἀδελφὴ καὶ ἔργοις αὐτοῖς τὸ συγγενὲς ἀπωμόσατο, ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὴν ἐκ τῆς φύσεως κλῆσιν καθάπερ καὶ τὴν σχέσιν ἀπεβάλετο. ἀγαθοῦ τοίνυν βασιλέως εἰσέτι κασί-
D γνητος μένουσα ἐκ μετανοίας τὸ φίλτρον αὖθις ἀνακαλέσεται, ὃ νῦν ἐκ παρανοίας ἀπώλεσε, τῇ φύσει χρησαμένη συλλήπτορι. φεῖσαι οὖν ὦ δέσποτα τῆς τῷ σῷ κράτει προσκεκρουκυίας ὁμογενοῦς, καὶ κόλασον τῷ φιλανθρώπῳ λαμπρῶς ἤδη τῆς σῆς ἀρετῆς ἡττᾶσθαι ὁμολογοῦσαν· δὸς δὲ αὐτῇ καὶ τὰ κατ' ὄψιν προκείμενα, οὐχ ὡς ὄφλημα δίκαιον ἀλλ' ὡς δόμα

15. εἶπε A.

quanto post plerique receperunt, imperatore humanitatem ab ipsa coniurationis principe Anna Caesarissa auspicato. cuius rei haec fuit occasio. imperator cum omnis generis opes, auri, argenti, et variarum vestium in una domo congestas spectaret, naturae ordinem inversum esse questus, quod cognatos hostes, alienos amicos habuisset: etiam opes ad amicos transire oportere dixit, et omnia magnum domesticum accipere iussit. is vero summae imperatoris munificentiae gratiis actis, et dicendi quae vellet potestate petita atque accepta: „etsi tua soror (inquit) imperator, violentum et iniquissimum facinus ausa, re ipsa cognationem abiuravit: tamen non ut affectum ita, etiam appellationem naturalem amisit. cum igitur adhuc boni imperatoris soror maneat, caritatem, quam nunc dementia perdidit, naturae adiuta suffragio, poenitentia recuperabit. parce igitur sorori, domine, quae tuam maiestatem violavit: eamque humanitate castigato, quae illustri bonitate sua se victam fatetur. dato ei etiam quae in medio posita sunt: non ut iustum debitum, sed ut donum voluntarium, quae quidem, ut patrimonium suum, et in familiam reditura, iustius quam ego possidebit." hac oratione imperator, ac

ἐκούσιον, ἐπεὶ καὶ δικαιότερον ταῦτα ἐμοῦ κτήσαιτο, κλῆρον ὄντα πατρῷων κἀπὶ τὸ γένος αὖθις διαβησόμενα." τούτοις ὁ βασιλεὺς πεισθείς, ἢ ἀληθέστερον εἰπεῖν αἰδεσθείς, σὺν προθυμίᾳ περατοῖ τὴν παραίφασιν, φάμενος ὡς „εἴην ἀνάξιος τοῦ ἄρχειν, εἰ σὺ περὶ τὸ γένος τοὐμὸν κριθείης φιλανθρωπότερος καὶ κέρδους περιττοῦ καὶ προχείρου ἀνώτερος." ἀμέλει τοι καὶ δίδωσι πάντα τῇ Καισαρίσσῃ καὶ σπένδεται. Εἰρήνη δὲ ἡ μήτηρ καὶ βασιλὶς κατ' οὐδένα τρόπον ἐληλεγκται τῆς ἐπιβουλῆς μετέχουσα κατὰ τοῦ υἱοῦ· μᾶλλον μὲν οὖν ἐπείπερ καὶ σοφόν τι λόγιον γνωματεῦσαι λέγεται, μαθοῦσα P. 9
τὰ μελετώμενα, ὡς δεῖ βασιλέα μὲν οὐχ ὑπόντα ζητεῖν, παρόντα δὲ μὴ μετακινεῖν, καὶ ὡς „οἷας μοι τὰς ὀδύνας οἱ σφαγεῖς ἐχάλκευον τοῦ υἱοῦ, βριμυτέρας δήπουθεν ὧν ἐν τῷ τίκτειν ὠδίνων πεπείραμαι, ὅτι καὶ πρὸς φῶς αἱ μὲν καθῆπτον τὸ κυοφορούμενον, αἱ δ' ἐξ ᾅδου κευθμώνων διὰ μέσων μου τῶν σπλάγχνων χωροῦσαι λυπεῖν ἀθάνατα ἤμελλον."

4. Ὁ δὲ βασιλεὺς τοὺς Πέρσας ὁρῶν παρ' οὐδὲν θεμένους τὰς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ξυνθήκας, καὶ παμπληθεὶ τῶν πόλεων καταθέοντας ὁπόσαι περὶ Φρυγίαν καὶ ποταμὸν τὸν Μαίανδρον ἵδρυνται, ἔαρος ἐπιστάντος ἔξεισι κατ' αὐτῶν, καὶ συμβαλὼν μάχαις πολλάκις ἐκράτησε, τήν τε Λαο- B
δίκειαν χειρωσάμενος τείχεσι περιέβαλε, καὶ τὸν Ἀλπιχαρὰν μετανάστην ἔθετο, ὃς τὴν ταύτης φρουρὰν ἐπεπίστευτο. καὶ τὰ λοιπὰ πρὸς τὸ δέον καταστησάμενος νόστου ἐμνήσατο, καὶ

2. αὐτῇ A. 9. κατὰ om. A. 12. ὠδῖνας A.

potius verecundia, impulsus, alacriter Axuchi monitis obtemperat: se regno indignum fore professus, si ille cum tanti tamque parati emolumenti contemtu erga familiam suam humanior iudicaretur. ac reconciliata gratia, Caesarissae omnia restituit. Irene vero mater imperatoris, nullo modo conscientiae insidiarum convicta, sed potius memorabilem sententiam elocuta esse fertur, nec imperatorem qui abiit quaerendum, nec qui adsit pellendum esse. atque illud etiam dixisse: „heu, quantos cruciatus filii percussores mihi sunt moliti, acerbiores utique iis doloribus quos in pariendo toleravi. nam ii fetum ad lucem urgebant: isti vero ex infernorum barathro per media viscera mea penetrantes immortalem mihi luctum attulissent."

4. Post haec imperator cum Persas, foedus cum patre suo initum nihili facientes, urbes Phrygiae, ad Maeandrum fluvium sitas magnis copiis incursare cerneret, primo vere egreditur; multisque praeliis victor Laodiceam capit et moenibus cingit, eiecto Alpichara, qui urbi cum praesidio praeerat; ceterisque rebus ordinatis do-

μικρόν τι τῷ Βυζαντίῳ ἐνδιατρίψας σκηνίτης γίνεται πάλιν, τῶν ἀρχείων ἀπαναστάς. ἦν γὰρ τὰς τῶν βαρβάρων ἐπιδρομὰς φυλαττόμενος, καὶ ὡς ἔχον λυμαίνεσθαι τὸ ἀνέτοιμον ὑφορώμενος. ὅθεν χρονίζειν ᾑρεῖτο μᾶλλον τῇ θυραυλίᾳ, δύο τὰ κάλλιστα κατορθοῦν ἐντεῦθεν οἰόμενος, τήν τε φυλακὴν τῶν οἰκείων χωρῶν, ἣν ὡς τὰ πολλὰ βραβεύει τὸ ὕπαιθρον, καὶ τὴν ἐς τὰ πολέμια ἔργα τριβήν τε καὶ ἄσκησιν
C τῶν ταγμάτων ἀφισταμένων τοῦ οἰκουρεῖν, καὶ ὡς βαφῇ σίδηρος, τοῖς ἐκ τῆς καυστηρᾶς δρόσου ἱδρῶσι παγιουμένων. χειρωσόμενος τοίνυν ἀπῄει τὴν κατὰ Παμφυλίαν Σωζόπολιν. ὡς δὲ δυσάλωτος ἐδόκει τις εἶναι διά τε τὸ ἐγκαθήμενον ἔνδον ὁπλιτικὸν καὶ τὸ δυσέμβολον τῆς θέσεως καὶ περίκρημνον, τοιόνδε τι μηχάνημα κατὰ θεῖον σκοπὸν μήτεισι. δύναμιν ἱππικὴν Πακτιαρίῳ τινὶ παραδοὺς ἐντέλλεταί οἱ συνεχῶς τῇ Σωζοπόλει ἐνιππάζεσθαι καὶ πὶ τοῖς τείχεσιν ἀφιέναι βέλεμνα, εἰ δ' ἐπεξέλθοιεν οἱ πολέμιοι, φεύγειν ἀμεταστρεπτὶ μηδ' ἐφεστάναι πρὸς πόλεμον, παριέναι δ' οὕτω καὶ τὰς μικρὸν
V. 8 ἄποθεν τῆς πόλεως συνεπτυγμένας καὶ λοχμώδεις ἀτραπούς. ὁ μὲν οὖν κατὰ τὴν βασιλικὴν παραίφασιν ἔπραττεν· ὡς δὲ ἡ ἐπιδίωξις ἐπὶ πολὺ καὶ πολλάκις πρὸς τῶν Περσῶν ἐγίνετο ἐκχεομένων τῆς Σωζοπόλεως, κατασοφίζεται τὸ ἀντίπαλον ὁ Πακτιάριος, ὑποκαθίσας λόχον ἐν τοῖς στενοῖς. ἐν μιᾷ
D γοῦν τῶν καταδρομῶν οἱ μὲν Τοῦρκοι μὴ προσκεψάμενοι τὸ

4. post θυραυλίᾳ A τοῖς ἔξωθεν. 13. σκοπὸν om. A. 23. οὖν A.

mum rediit. nec diu Byzantii commoratus, denuo relicta regia in tabernacula se confert ad barbarorum incursiones praecavendas. nam quia facile detrimenta capi ab imparatis videbat, expeditionibus immorari maluit, unde duos fructus pulcherrimos caperet, alterum suarum provinciarum incolumitatem, quae militibus in aciem eductis potissimum defenditur, alterum exercitationem legionum et moram in re bellica, qua, relicta umbra, praeliis ut tinctura ferrum roborarentur. abiit igitur ad Sozopolim, Pamphyliae urbem, subigendam; quae cum et ob militum praesidium et ob loci naturam, praeruptis et inaccessis saxis muniti, expugnatu difficilis putaretur, divinitus huiusmodi consilium capit. Pactiario cuidam copiis equestribus traditis, mandat ut subinde ad Sozopolis moenia adequitet et sagittas in ea coniiciat. quodsi hostes egrediantur, terga det nec eis pugnae copiam faciat, sed silvosas semitas et impeditas, quae parum ab urbe distent, praetereat. ille imperatoris monitis obtemperans, cum Persae urbe effusi multum et saepe persequerentur, hostem decipit insidiis in angustiis collocatis. cum igitur Turci in una excursione, insidiis non praevisis, instantius et longius, etiam insidias temere

ἐνέδρευμα συντονώτερον ὁμοῦ καὶ πορρώτερον ὀπίσω τῶν Ῥωμαίων ἐδίωκον, ὡς καὶ τὰς δυσχωρίας ἀπερισκέπτως παραδραμεῖν· οἱ δ' ἐλλοχῶντες Ῥωμαῖοι ἐπεὶ εἶδον ἀπερισκέπτως τοὺς Πέρσας ὀπίσω τῶν ἐκ τῆς συμμορίας σφῶν ἐπιόντας ἀνέτῳ παντὶ ῥυτῆρι καὶ πρὸς οὐδὲν ἕτερον ἀφορῶντας ἢ τὸ καταλήψεσθαι τοὺς ἐκδιδράσκοντας, αὐτίκα δὴ μάλα αὐτοὶ ἀναστάντες εὐθὺ τῆς Σωζοπόλεως ἵενται. μετὰ βραχὺ δὲ καὶ τῶν φευγόντων ἐπιστραφέντων ἐν μέσῳ συλληφθέντες οἱ Τοῦρκοι, καὶ μήτε τῇ πόλει προσεπεγγίσαι δυνάμενοι διὰ τοὺς ἐκ τῶν λόχων προδραμόντας Ῥωμαίους πρὸς τὴν τῶν εἰσόδων καταλῆψιν, μήτε διαῤῥᾶναι τοὺς ὄπισθεν ἐπιφανέντας ἰσχύοντες, οἱ μὲν σαγηνεύονται, οἱ δὲ καὶ ξίφους γίνονται πάρεργον, οὐ πολλοὶ δὲ καὶ τῇ τῶν ἵππων ἀρετῇ διασώζονται. καὶ οὕτως ἤλω πρὸς Ῥωμαίων Σωζόπολις ἐνὶ βουλεύματι τοῦ βασιλέως σοφῷ. ἐκ δὲ τοῦδε τὸ φρούριον παρεστήσατο ὁ Ἱερακοκορυφῖτις ὠνόμασται, καὶ πλεῖστα ἕτερα πολίχνια καὶ ἐρύματα ὑπηγάγετο, πάλαι μὲν Ῥωμαίοις ὑπόφορα, τοῖς δὲ Πέρσαις τότε σπενδόμενα.

P. 16

Περὶ δὲ τὸ πέμπτον ἔτος τῆς αὐτοῦ βασιλείας Σκυθῶν διαβάντων τὸν Ἴστρον καὶ τὰ Θρᾳκῷα μέρη λῃζομένων καὶ τὰ ἐν ποσὶν ἀφανιζόντων τοῦ τῶν ἀκρίδων ἀκριβέστερον ἔθνος, ἔξεισι κατ' αὐτῶν τὰς Ῥωμαϊκὰς ἀθροίσας δυνάμεις καὶ ὡς ἐνῆν ὁπλισάμενος γενναιότερον, οὐ διὰ τὸ πλῆθος μόνον τῶν πολεμίων μηδ' ὑποπίπτον σχεδὸν ἀριθμῷ, ἀλλὰ καὶ διὰ

B

1. τὸ τοῦ πακτιαρίου στρατήγημα A. 2. παριέναι A. 4. κατὰ νώτου A. σφῶν] αὐτῶν A. 16. Ἱερακοφίτης ὠνόμασται A, vulgo Ἱερακοκορυφή τις ὠνομ.

praetervecti, persequerentur, Romani qui in insidiis erant, cum Persas securos toto impetu instare suis viderent, nec spectare quidquam aliud nisi ut hostem comprehenderent, subito consurgunt ac Sozopolim petunt. paulo post iis etiam qui fugiebant conversis, Turci in medio circumventi, cum nec ad urbem ob Romanos ex insidiis, ad occupandos aditus progressos accedere, neque a tergo instantes effugere possent, partim capiuntur, partim occiduntur, pauci equorum celeritate evadunt. sic uno imperatoris prudenti consilio capitur Sozopolis. deinde castellum, quod Cacumen accipitris vocatur, in deditionem accepit; et plurima alia oppida et munitiones, olim Romanis tributaria, tum vero Persis coniuncta, subegit.

Quinto imperii eius anno, cum Scythae Istrum transgressi Thraciam popularentur et obvia quaeque locustarum instar vastarent, Romanas copias undique convocatas et quam accuratissime armatas contra eos educit, non ob multitudinem duntaxat pene innumerabilem,

τὸ χρᾶσθαι μεγαλαυχίᾳ καὶ σὺν κόμπῳ τραχύτερον ἐπιέναι τὸ βάρβαρον, εἰς μνήμην ἄγων, ὡς ἔοικε, τὰ πονηθέντα οἱ πρότερον, ἡνίκα τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα διεῖπεν ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος, ὅτε εἶχετο Θρᾴκη καὶ τὰ πλεῖστα τῆς Μακεδονίας ἠρήμωτο. τὰ μὲν οὖν πρῶτα στρατηγικῇ μεθόδῳ χρώμενος ὁ βασιλεὺς δι' ἀποστολῆς ὁμογλώττων τοῦ τῶν Σκυθῶν ἀπο- C πειρᾶται στρατεύματος, εἴ πως ἐς ὁμολογίας ξυμβαῖεν καὶ τοῦ διὰ μάχης χωρεῖν ἀποσταῖεν πάντες ἢ γοῦν ἔνιοι, εἰς πλείους διῃρημένοι φυλὰς καὶ διακριδὸν στρατήγια βάλλοντες. ἐφελκυσάμενος οὖν τόνδε τὸν τρόπον τινὰς τῶν παρ' αὐτοῖς τὰ πρῶτα φερόντων, πᾶσαν φιλοφροσύνην ἐπ' αὐτοῖς ἐπιδείκνυται, οὐ μόνον περιττὰς ἐστιάσεις αὐτοῖς παραθέμενος, ἀλλὰ καὶ σηρικοῖς καταγοητεύσας ἱματισμοῖς καὶ κυπέλλοις καὶ λέβησιν ἀργυρέοις ὑπαγαγόμενος. καὶ τοῖς δελέασι τούτοις τὰ τῶν Σκυθῶν ὑποχαυνώσας φρονήματα, ἔγνω μὴ καιρὸν εἶναι μελλήσεως, ἀλλ' ἐπάγειν αὐτοῖς τὰς δυνάμεις κἀκ τοῦ αὐτίκα συντάξασθαι, ἕως ἔτι τὰς γνώμας ἔχοντές εἰσιν ἀμ- D φιβόλους καὶ ῥέπουσι πρὸς ἀμφότερα, καὶ Ῥωμαίοις μὲν διανοούμενοι σπείσασθαι διὰ τά σφισιν ἐπαγγελλόμενα, θαρροῦντες δὲ καὶ τὸν πόλεμον ὡς τοῦ νικᾶν ἐθάδες πάλαι γενόμενοι. ἄρας τοίνυν ἐκ τῶν τῆς Βερόης μερῶν (ἐκεῖσε γὰρ ἐστρατοπεδεύετο) κνεφαῖος τοῖς Σκύθαις συρρήγνυται. γίνεται τοίνυν φρικαλέα τις συμβολή, καὶ καταπληκτικωτέρα τῶν πώποτε μάχη συνίσταται· οἵ τε γὰρ Σκύθαι γενναίως ἐδέξαντο τὸ ἡμέτερον στράτευμα τῇ τῶν ἵππων ἐπελάσει καὶ τῇ

1. χρῆσθαι A. 8. πρὸς πλ. A.

sed etiam ob insolentiam et confidentiam barbarorum. repetebat enim memoria labores suos, quos Alexio Comneno imperante coeperat, cum Thracia occupata et Macedonia maxima ex parte desolata esset. ac principio missis ad Scythas legatis, eorum linguae peritis, periculum facit an ut ad pactiones descendant persuadere possit et a belli consiliis omnes avocare aut saltem plerosque. nam in plures tribus erant distributi, nec uni duci parebant. hoc igitur pacto quosdam ex principibus eorum omni genere comitatis sibi conciliat, non modo luxuriosis conviviis instruendis, sed et sericis vestibus et poculis et lebetibus argenteis donandis. quibus illecebris cum fucum fecisset Scythis eosque vana spe inflasset, non cunctandum esse ratus copias in aciem eduxit, dum adhuc ambiguis essent animis et suspensis, ac pacem ob pollicitationes illas cum Romanis facere cogitarent, nec tamen a pugna, ut olim vincere assueti, abhorrerent. educto igitur Beroe exercitu (nam ibi castra habebat) crepusculo Scythas aggreditur. fit horribilis conflictus, et atrocissima pugna committitur. nam et Scythae nostrum

τῶν τοξευμάτων ἐπαφέσει καὶ ταῖς βοαῖς ἐν ταῖς ἐμβολαῖς δυσαντίβλεπτοι δεικνύμενοι, καὶ Ῥωμαῖοι καθάπαξ ἐν τῷ ἀγῶνι γενόμενοι ὡς ἡττήσοντες ἢ θανούμενοι προύθεντο μάχεσθαι. καὶ αὐτὸς δὲ βασιλεὺς τοὺς ἑταίρους ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ, καὶ ὅσον περὶ τὴν τοῦ σώματος φυλακὴν ἀποτέτακτο, ἀεί πως ἐπεβοήθει τοῖς κάμνουσι μέρεσιν. αὐτὸ μέντοι τὸ Σκυθικὸν κατὰ τόνδε τὸν πόλεμον τοιοῦτόν τι ἐκακοτέχνησεν ἐκ προσκέψεως, ποριζούσης αὐτῷ τῆς ἀνάγκης τὰ δέοντα. συν- P. 11
αγαγὸν δὴ πᾶσαν ἅμαξαν εἰς σχῆμα περιφερὲς αὐτὰς δια- V. 9
τίθησι, καὶ τούτων ἄνωθεν στήσαντες μοῖραν οὐκ ὀλίγην ἐκ τοῦ σφῶν στρατεύματος ὅσα καὶ χαρακώματι ἀπεχρῶντο τῷ μηχανήματι, καὶ πολλὰς δι' αὐτῶν ἐγκαρσίους παρύδους ῥυμοτομήσαντες, βιαζόμενοι μὲν ὑπὸ Ῥωμαίων καὶ τὰ νῶτα πρὸς τὴν τάξιν τῶν προσώπων μετατιθέντες ὥσπερ τεῖχος ἐχρὸν τὰς ἅμαξας εἰσέτρεχον καὶ διετίθουν οὕτω τὴν φυγὴν πρὸς τὸ εὖ, εἶτ' αὖθις ἐκεῖθεν μετ' ἀνοχὴν ὡσεὶ διὰ πυλῶν ἀνακλινομένων ἐκπίπτοντες ἔργα χειρὸς ἀνδρείας ἐδείκνυον. καὶ ἦν τὸ γινόμενον τοῦτο τειχομαχία τις ἀκριβὴς ἐν μέσῃ πεδιάδι σχεδιασθεῖσα παρὰ Σκύθῶν, ὡς συμβαίνειν ἐκ τοῦ- B
δὲ τὰ Ῥωμαίων ἐπ' ἀτελέστοις μογεῖν. ἦν οὖν τηνικαῦτα τὸν Ἰωάννην ὁρᾶν σοφόν τι χρῆμα τοῖς ὑπ' αὐτὸν καθιστάμενον· οὐ γὰρ ἀγαθὸς μόνον καὶ ποικίλος τὸ ἦθος ἐδείκνυτο σύμβουλος, ἀλλὰ καὶ πρῶτος παρεῖχε πέρατι ὑπόσα στρατηγὸς καὶ τάγμασιν ὑπετίθετο. τὸ δὲ δὴ καινὸν καὶ πολλὴν

13. μὲν om. A. 20. τὰ τῶν A.

exercitum incursione equorum et emissione sagittarum et clamore in congressu immani sublato fortiter exceperunt. Romani vero semel tentata Martis alea ita pugnare instituerunt ut aut hostes profligaturi aut morituri. sed et imperator amicorum et satellitum praesidio septus laboranti subinde parti opem ferebat. verum Scythae in hoc conflictu, ipsa necessitate artium magistra edocti, rem huiusmodi sunt commenti. omnes currus in orbem coniunxerunt, iisque non exigua suarum copiarum parte imposita pro vallo sunt usi; ac multos obliquos aditus, platearum instar, in iis reliquerunt. cum igitur a Romanis urgebantur, tergis obversis intra currus tanquam munitam arcem nullo fugae incommodo se recipiebant. inde recuperatis viribus, tanquam portis erumpentes fortia facinora edebant. neque ea res aliud erat quam moenium oppugnatio, quae in media planitie Scythae ex tempore struxerant. unde fiebat ut Romani labore irrito fatigarentur. tum vero Iohannes prudentiae suae specimen edebat: neque enim consilio duntaxat et ingenii solertia valebat: sed primus etiam ea quae ducibus et legionibus mandabat exequebatur. illud autem insignem etiam pietatem eius testatur. nam cum Romanae

ἐκείνῳ μαρτυροῦν τὴν εὐσέβειαν, ὁπότε τῶν Ῥωμαίων αἱ φάλαγγες ἔκαμνον ἐπιβριθόντων τῶν πολεμίων καὶ συμπιπτόντων παραβολώτερον, τὴν τῆς θεομήτορος εἰκόνα παρεστῶσαν ἔχων, μετ' οἰμωγῆς ἐμβλέπων, ἐλεεινοῖς τοῖς σχήμασι θερμότερα τῶν ἐναγωνίων ἱδρώτων κατέλειβε δάκρυα, καὶ ἦν οὔκουν εἰς κενὸν διαπραττόμενος σύτωσί, ἀλλ' ἐκ τοῦ μάλα αὐτίκα τὴν ἐξ ὕψους θωρακιζόμενος δύναμιν τὰς Σκυθικὰς ἐτροποῦτο παρεμβολάς, ὡς Μωϋσῆς πρότερον τῇ τῶν χειρῶν ἐκτάσει τὰς Ἀμαληκίτιδας ἴλας ἐνέκλινεν. ἀναλαβὼν δὲ καὶ τοὺς ὑπασπιστάς, οἳ περιμήκεσιν ἀσπίσι καὶ πέλυξιν ἑτεροστόμοις φράγνυνται, ὥσεὶ τεῖχος ἄρρηκτον τοῖς Σκύθαις ἀντιπροβάλλεται. ἀμέλει καὶ ὑπ' αὐτῶν διαλυθέντος τοῦ ἐκ τῶν ἁμαξῶν ἐρύματος, καὶ εἰς χεῖρας οὕτω τοῦ πολέμου συνερχομένου, γίνεται τῶν ἐναντίων τροπὴ καὶ φυγὴ ἀκλεὴς καὶ Ῥωμαίων εὐθαρσὴς ἐπιδίωξις. κατὰ χιλιοστύας τοίνυν πίπτει τὸ ἁμαξόβιον, καὶ διαρπάζονται χάρακες· τὸ δὲ συλληφθὲν δορυάλωτον καὶ ἀριθμοῦ κρεῖττον ὁρᾶται, ὥσπερ καὶ τὸ προσρυὲν αὐτόμολον τῷ πόθῳ τῶν ζωγρηθέντων ὁμογενῶν, ὡς ἐκ τούτου καὶ κώμας συνοικισθῆναι καθ' ἑσπερίόν τινα λῆξιν Ῥωμαϊκήν, ἂν καὶ εἰσέτι μικρά τινα ἐμπυρεύματα σώζονται, οὐκ ὀλίγους δὲ καὶ εἰς σπείρας καταλεγῆναι συμμαχικάς, ἀποδοθῆναι δὲ καὶ μοίρας πλείονας συνειλημμένας ὑπὸ τῆς στρατιᾶς.

5. Τοιαύτην νίκην περιφανῆ κατὰ Σκυθῶν ὁ Ἰωάννης

12. ἀντιπροσβάλλεται A. 20. σμικρὰ οὐχὶ πάνυ ἐμπυρεύματα A. 21. δὲ εἰς ἴλας A. 22. συνειλεγμένας A.

portas et multa alia ornamenta ambiebat, auro circumfusum, pro manubiis efferenda essent, muli et iumenta sellis instrata usque ad templi adyta introducebantur, quorum nonnulla cum ob splendidum et lubricum solum pedibus insistere nequirent, prolapsa confodiebantur, ut effuso cruore et stercore sacrum pavimentum inquinaretur. (4) imo et muliercula quaedam, cooperta peccatis, ministra Furiarum, ancilla daemonum, incantationum et veneficiorum officina, Christo insultans et in patriarchae solio considens fractum canticum cecinit, et saepe in orbem rotata saltavit. neque vero haec admittebantur, alia non admittebantur; aut haec remissius, illa vehementius: sed uno consensu omnia summa scelera et piacula omnibus ex aequo studio erant. an vero illi matronis honestis et nubilibus puellis aut deo consecratis virginibus pepercissent, qui tantam in ipsum deum rabiem exercuerunt? nihil autem erat difficilius et operosius quam precibus mollire et benevolos reddere barbaros adeo iracundos, adeo bilem evomentes ad quodvis ingratum verbum, ut nihil non furorem eorum in-

ἀκριβῶς πρὸς πᾶσαν ἀκοὴν ἀθέλητον. πάντα δ' ἐκρίνετο θυμοῦ ὑπεκκαύματα, καὶ ἄνοιαν ὠφλίσκανε καὶ γέλων. καὶ ὡς τὴν γλῶτταν ἀταμίευτος ἐπεπλήττετο, ἐν πολλοῖς δὲ καὶ τὸ παραξιφίδιον εἶχεν ἐπ' αὐτὸν σπώμενον ὁ καὶ μικρὸν ἀν-
B τειπὼν ἢ πρὸς τὰ θυμήρη σφίσιν ἀναδυόμενος. ὅθεν ἦν εἰς
V. 304 πόνον ἅπασα κεφαλή, ἐν στενωποῖς θρῆνοι καὶ οὐαὶ καὶ κλαυθμοί, ἐν τριόδοις ὀδυρμοί, ἐν ναοῖς ὀλοφυρμοί, ἀνδρῶν οἰμωγαί, γυναικῶν ὀλολυγαί, ἑλκυσμοί, ἀνδραποδισμοί, διασπασμοί τε καὶ βιασμοὶ σωμάτων συναφῶν πρότερον. οἱ τῷ γένει σεμνοὶ ἀτίμως περιῆσαν, οἱ τῷ γήρᾳ γεραροὶ γοεροί, οἱ πλούσιοι ἀνούσιοι. οὕτως ἐν πλατείαις, οὕτως ἐν γωνίαις, οὕτως ἐν τεμένεσιν, οὕτως ἐν καταδύσεσιν· οὐδὲ γὰρ ἦν τις τόπος ἀνεξερεύνητος ἢ ἀσυλίαν τοῖς προσρυομένοις παρεχόμενος, ἀλλὰ πάντα πανταχοῦ πάντων κακῶν ἔμπλεα ἦν. Χριστὲ βασιλεῦ τῆς τότε θλίψεως καὶ τῆς συνοχῆς τῶν ἀν-
C θρώπων! ὁ δ' ἦχος ὁ θαλάττιος, ὁ δὲ τοῦ ἡλίου σκοτασμὸς καὶ ἡ ζόφωσις, ἡ δὲ τῆς σελήνης εἰς αἷμα μεταστροφή, οἱ δὲ τῶν ἀστέρων ἔξεδροι, ὅπῃ καὶ ὅπως οὐ τὰ τελευταῖα τάδε κακὰ προεσήμηναν; καίτοι τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως τεθεάκαμεν ἑστὸς ἐν τόπῳ ἁγίῳ καὶ πορνικὰ στρογγυλίζον λογάρια, καὶ τἆλλα κἂν μὴ ἐπίπαν, ἀλλ' ἐκ τοῦ δῆθεν μετα-

8. ὁλολυγμοὶ ταβρισμοὶ διαχωρισμοὶ καὶ βιασμοὶ σωμάτων ἀπὸ τῆς ὡς εἶχον ἑνώσεως B. 18. ἔξεδροι] οἱ δὲ τῶν ἀστέρων σχηματισμοὶ οἱ παρηλλαγμένοι οὐχὶ τὰ — B. 21. καὶ τὰ ἄλλα κἂν μὴ παντελῶς ὅμοια, ὅμως πρὸς τὸ ἐναντίον μετέβησαν τὰ σεμνὰ καὶ εὐπρεπῆ πράγματα, καὶ ὁ τῆς πίστεως λόγος παρειράπη ἀφ' ἧς εἶχεν εὐγενείας καὶ καταστάσεως. B.

flammaret. quod qui conabatur, ut amens et homo linguae intemperantis deridebatur. saepe etiam pugio stringebatur in eum qui paulum refragabatur aut postulata eorum detrectabat. itaque nemo luctus erat expers. in angiportis, in triviis, in templis querelae fletus lamentationes planctus, virorum gemitus, mulierum eiulatus, laceratione, stupra, captivitates, coniunctissimorum divulsiones. nobiles cum ignominia, ob senectam venerabiles lacrimosi, divites spoliati bonis circumibant. sic in plateis, sic in angulis, sic in templis, sic in speluncis agebantur. nec enim ullus locus inexcussus relinquebatur aut supplices defendebat. omnia ubique malis omnibus referta erant. deum immortalem, quanta hominum afflictio, quantae angustiae? fremitus maris, solis obscuratio, cruenta lunae facies, stellarum exorbitatio, ubi et quomodo haec mala praemuntiarunt? enimvero abominationem desolationis in loco sancto stare vidimus, meretricios sermones rotundo ore proferentem, et caetera etsi non peni-

βάντα πρὸς τὸ ἀντίστροφον, ὅσα παρὰ Χριστωνύμοις σεμνὰ καὶ τὸν τῆς πίστεως λόγον ἐξευγενίζοντα.

Τοιαῦθ', ὡς ἐκ πολλῶν βραχέα δοῦναι τῇ ἱστορίᾳ, οἱ ἐξ ἑσπέρας στρατοὶ κατὰ τῆς Χριστοῦ κληρονομίας παρηνο-
5 μήκασιν, ἐπ' οὐδενὶ τῶν ὅλων τὸ φιλάνθρωπον ἐνδειξάμενοι, ἀλλὰ πάντας ἀποξενώσαντες χρημάτων καὶ κτημάτων οἰκημά- D
των τε καὶ ἐσθημάτων, καὶ μηδενὸς τῶν πάντων μεταδόντες τοῖς ἔχουσι, ταῦτα ὁ χαλκοῦς αὐχήν, ἡ ἀλαζὼν φρήν, ἡ ὀρθὴ ὀφρύς, ἡ ἀεὶ ξυρισθεῖσα καὶ νεανισκευομένη παρειά, ἡ
10 φιλαίματος δεξιά, ἡ ἀκρόχολος ῥὶν, ὁ μετέωρος ὀφθαλμός, ἡ ἄπληστος γνάθος, ἡ ἄστοργος γνώμη, ἡ τορὴ καὶ τροχαλὴ λαλιὰ καὶ μόνον οὐκ ἐπορχουμένη τοῖς χείλεσι, μᾶλλον δὲ οἱ παρ' ἑαυτοῖς ἐπιστήμονες καὶ σοφοί, οἱ εὔορκοι καὶ φιλαλήθεις καὶ μισοπόνηροι καὶ τῶν Γραικῶν ἡμῶν εὐσεβέστεροί
15 τε καὶ δικαιότεροι καὶ τῶν Χριστοῦ διαταγμάτων φύλακες ἀκριβέστεροι, τὸ δὲ πλέον, οἱ τὸν σταυρὸν ἐπ' ὤμων ἀράμενοι, καὶ πολλάκις κατὰ τούτου καὶ τῶν θείων λογίων ἐπομοσάμενοι τὰς μὲν τῶν Χριστωνύμων χώρας παρελθεῖν ἀναι- P. 370
μωτί, μὴ προσνεύσαντες ἀριστερὰ μηδ' ἐκκλίναντες δεξιά,
20 κατὰ δὲ Σαρρακηνῶν ὁπλίσαι τὰς χεῖρας καὶ τὰ ξίφη πορ-

9. ἡ ἀεὶ] τὸ ἀεὶ ποτε ξυριζόμενον καὶ νέον φαινόμενον μάγουλον B. 10. ἡ ἀκρ.] ἡ ὀργῆς μίτυς γέμουσα B. 11. ἡ τορὴ] ἡ τετορνευμένη καὶ τραγανὴ συντυχία B. 15. τῶν χριστοῦ δογμάτων καὶ ἐντολῶν ἀκριβέστεροι φύλακες· ἀλλ' ἐγὼ τοῦτο οὐδὲ ἐν εἰρωνείᾳ ἢ ὡς γελοῖον εἶπω διὰ λόγου ποτέ· τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; τὸ δὲ περισσότερον, οἱ τὸν στ. B.

tus similia, tamen in contrarium conversa iis quae apud Christianos honesta et religioni consentanea iudicantur.

Haec pauca de multis Occidentalium exercituum in Christi hereditatem scelera, qui erga neminem humanitate usi omnes pecunia, possessionibus vestimentis, aris et focis spoliarunt, nec possessoribus quicquam impertierunt, litteris mandanda esse censui. haeccine collum aereum, superbus animus, arrectum supercilium, iuveniliter rasa maxilla, sanguinaria dextra, iracundae nares, elatus oculus, inhumanum ingenium, rotunda et incitata loquela ac tantum non saltans in labiis? imo potius, vos qui vestra opinione docti sapientes fideles veraces probi, nobis Graecis religiosiores iustiores et praeceptorum Christi observantiores estis (ego vero haec nunquam per ludibrium et iocum dixerim: nam quod luci cum tenebris est commercium?) et quod maius est, qui crucem Christi in humeros sustulistis eamque et divina oracula saepe testati estis vos Christianas provincias citra sanguinem transituros, nec ad dexteram nec ad laevam declinantes, sed contra Sarracenos armasse manus, eorumque san-

φυρῶσαι τοῖς αἵμασιν οἳ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἐξεπόρθησαν, μηδ' ἀνδρίσασθαι γυναιξὶν ἢ καθ' ὁμιλίαν αὐταῖς συνελθεῖν ἐφ' ὅσον ἂν χρόνον τὸν σταυρὸν ἐπωμάδιον φέρωσιν, ὡς ἡγνισμένοι θεῷ καὶ τὴν αὐτοῦ πορείαν στελλόμενοι. ὄντως λογοποιοὶ ἐξεφάνθησαν, καὶ τοῦ θείου τάφου διφῶντες ἐκδίκησιν κατὰ Χριστοῦ προδήλως ἐλύττησαν, καὶ μετὰ σταυροῦ τὴν τοῦ σταυροῦ κατάλυσιν ἠνομήκασιν, ὃν ἐπινώτιον ἔφερον, τοῦτον πρὸ ποδῶν τιθέναι μὴ φρίττοντες διὰ χρυσίον βραχὺ καὶ ἀργύριον. καὶ μαργαρίτας ἐγκολπιζόμενοι, τὸν πολύτιμον μαργαρίτην Χριστὸν ἠθετήκασι, τοῖς ἐναγεστάτοις τῶν ζώων τὸν παναγέστατον διασπείραντες. οἱ δ' ἐξ Ἰσμαὴλ οὐχ οὕτως, ὅτι μὴ καὶ πάνυ φιλανθρώπως καὶ προσηνῶς τοῖς ἐκ τοῦ γένους αὐτῶν προσηνέχθησαν, τῆς Σιὼν κατισχύσαντες. οὔτε γὰρ γυναιξὶ Λατινίσιν ἐπεχρεμέτισαν, οὔτε τὸ Χριστοῦ κενήριον πολυάνδριον πεσόντων ἔδειξαν, οὐδὲ κάθοδον ἐς ᾅδου τὴν πρὸς τὸν ζωηφόρον τάφον εἴσοδον, οὐδὲ θάνατον τὴν ζωήν, οὐδὲ πτῶσιν τὴν ἀνάστασιν, ἁπαξάπασι δ' ἀνέντες τὴν ἔξοδον χρυσίνοις ἀριθμῷ κατ' V. 305 ἄνδρα βραχέσιν ἀφώριζον τὰ ζωάγρια, τὰ λοιπὰ τοῖς κεκτημένοις παρέντες, κἂν ψάμμῳ ἦσαν παρόμοια. καὶ τοιῶσδε μὲν τὸ Χριστομάχον τοῖς ἀλλοπίστοις Λατίνοις ἐχρήσατο, μὴ ξίφος, μὴ πῦρ, μὴ λιμόν, μὴ διωγμόν, μὴ γυμνότητα, μὴ

1. μηδ'] μὴ βλέψαι γυναῖκα ποσῶς ἢ συνελθεῖν μετ' αὐτῆς B. 4. ὄντως] ἀληθῶς λόγους μόνον λαλεῖν ἐμαθον B. 7. ἐπινώτιον] ἔμπροσθεν B. 10. τοῖς ἐναγ.] τοῖς μιαροῖς τῶν ζώων τὰ μιαρώτατα δ. B. 15. τὸ] τοῦ vulgo.

guine tincturos esse gladios, qui Hierosolyma expugnastis, qui vos consuetudine et colloquio mulierum temperaturos promisistis, quandiu crucem in humeris tuleritis, ut deo consecratos viatores? nugatores eos esse plane constat, qui dum divinum sepulcrum vindicant, manifeste contra Christum insanierunt; et cum cruce crucem violarunt et destruxerunt, quam humeris baiulabant, dum eam exigui auri et argenti causa ante pedes abiiciunt; et dum margaritas colligunt, pretiosam margaritam Christum abiecerunt, in sordidissimis bestiis re sanctissima dispersa. non ita fecerunt Ismaelitae: sed populares istorum clementissime et humanissime tractarunt, potiti Hierosolymis. neque enim Latinas matronas violarunt, neque Christi sepulcrum cadaveribus oppleverunt; neque ingressum vitalis tumuli descensum ad inferos, neque vitam mortem, neque resurrectionem ruinam effecerunt, sed paucis aureis in singula capita contenti omnibus liberum arbitrium permiserunt, caetera quantumvis multa possessoribus concessere. et hoc modo Christi oppugnatores cum Latinis aliam religionem profitentibus egerunt; et ut magno animo dignum est, nec ferro nec igni nec fame

συντρίμματα, μὴ πιέσματα μεγαλοψύχως σφίσιν ἐπενεγκόν· ἡμῖν δ' ἐκείνως τὸ φιλόχριστον καὶ ὁμόδοξον προσενήνεκται, ὡς ἐπιτρέχοντες εἴπομεν, μηδὲ ἐπεγκαλεῖν ἀδίκημα ἔχοντες.

5. Ὦ πόλις, πόλις, πόλεων πασῶν ὀφθαλμέ, ἄκουσμα παγκόσμιον, θέαμα ὑπερκόσμιον, ἐκκλησιῶν γαλουχέ, πίστεως ἀρχηγέ, ὀρθοδοξίας ποδηγέ, λόγων μέλημα, καλοῦ παντὸς ἐνδιαίτημα! ὦ ἡ ἐκ χειρὸς κυρίου τὸ τοῦ θυμοῦ D πιοῦσα ποτήριον, ὦ ἡ γενομένη πυρὸς μερὶς πολλῷ δραστικωτέρου τοῦ καταιβασίου πάλαι πυρὸς πενταπόλεως, τί μαρτυρήσω σοι; τίνι ὁμοιώσω σε; ὅτι ἐμεγαλύνθη ποτήριον συντριβῆς σου, Ἱερεμίας φησὶν ὁ φιλόδακρυς τὴν πάλαι Σιὼν κοπτόμενος. τίνες κακοποιοὶ δυνάμεις ᾐτήσαντό σε καὶ ἔλαβον εἰς συνίασιν; τίνες ἀλάστορες φθονεροὶ καὶ ἀμείλικτοι δαίμονες κῶμόν σοι ἐπεκώμασαν ἄγριον; ἢ γοῦν ἀνάρσιοι καὶ μανιώδεις Τελχῖνες παστάδα μὲν οὐκ ἐπλέξαντο, οὐδ' ἀνῆψάν σοι δᾷδα γαμήλιον, ἀφανιστηρίους δ' ἀνέκαυσαν ἄνθρακας; ὦ ἡ πολύγονος καὶ βύσσον καὶ πορφύραν ἠμφιεσμένη βασίλειον, πιναρὰ δ' ἀρτίως καὶ αὐχμηρά, καὶ πολλῶν κα- P. 371 κῶν κληροῦχος, καὶ τέκνων τῶν γνησίων χατίζουσα. ὦ ἡ πρώην ὑψίθρονος καὶ βιβῶσα μακρὰ καὶ μετέωρα, μεγαλο-

3. post ἔχοντες A in margine Θρῆνος τῆς πόλεως, B Θρῆνος τῆς πόλεως κοῦ αὐτοῦ χωνειάτου. 4. ἄκουσμα τοῦ κόσμου παντός, θέαμα ὑπὲρ τὸν κόσμον ὄν, ἐκκλησιῶν μῆτερ B. 6. ὀρθ. ὁδηγέ, λόγων γέννημα, παντὸς καλοῦ τροφέ B. 12. τίνες πονηροὶ δαίμονες ἐζήτησαν σε καὶ ἔλαβον ἵνα κοσκινίσωσί σε B. 18. πιναρὰ] ῥάκη παλαιὰ καὶ ἱμάτια καταλελυμένα καὶ ἐμπαλωμένα B.

nec persecutione nec nuditate in eos sunt grassati, nullo graviore onere imposito. nobiscum autem isti Christi amantes, eiusdem religionis, nulla iniuria lacessiti, sic egerunt ut breviter percurrimus.

5. O urbs, urbs, urbium omnium ocule, per orbem terrarum celebris, spectaculum ultramundanum, ecclesiarum mater, princeps religionis, rectae sententiae dux, eruditionis alumna, omnis pulchritudinis diversorium, itane ex manu domini calicem furoris bibisti? itane pars extitisti ignis multo vehementioris eo quo olim Pentapolis divinitus conflagravit. quodnam tibi tribuam elogium? cui te comparem? an poculum contritionis tuae amplificatum esse, ut lacrimosus Hieremias veterem Sionem deplorans ait? qui mali genii ad cribrandum efflagitarunt? qui alastores, invidi et implacabiles daemones, ebrietatis in te suae intemperias effuderunt? qui infesti et insani proci thalamum tibi non concinnarunt, nec facem nuptialem sed carbones exitiales incenderunt? o fecunda genitrix, bysso et purpura imperatoria amicta pridem, modo sordida et squalida, et germanis orbata liberis. o pridem in alto solio collocata, longis et

πρεπὴς τὸ εἶδος, ἀξιοπρεπεστέρα τὸ μέγεθος, νυνὶ δὲ κατερραγμένη καὶ διερρηγμένη τοὺς χλιδῶντας χιτῶνας καὶ τὰ κομψὰ καὶ ἀρχικὰ κρήδεμνα, καὶ ὄμμα ἀπεσβεσμένη τὸ χαροπόν, καὶ γρηῒ καμινοῖ ἴση ἐκ τοῦ κατησβολῶσθαι πυρί, καὶ ῥυτίσι χαλαραῖς ηὐλακισμένη τὴν στιλπνὴν καὶ τερπνὴν ὄψιν πρότερον. ἐῶ γὰρ λέγειν τοὺς πρὸς λύραν ἐντείνοντάς τε καὶ ψάλλοντας τὰ σὰ δυσπραγήματα, καὶ κωμῳδίαν τιθεμένους τὴν σὴν τραγῳδίαν ἐν τῷ τὸν οἶνον προσίεσθαι, καὶ βίου τέχνην ποιουμένους τὴν γελοιώδη τῶν κακῶν σου ἀφήγησιν, τοὺς κονB δυλισμούς τε καὶ πτερνισμούς, ἔτι δὲ τὰς ἀθετήσεις καὶ τὰ ὑπώπια ἃ σοι καθ' ὥραν πᾶσαν προστρίβονται. παρεζηλωμένη θεόθεν ἐπὶ μὴ ἐχέφροσιν ἔθνεσιν, ἢ οὐδ' ἔθνεσιν ἀληθῶς εἰπεῖν, ἀλλ' ἀμυδροῖς καὶ σποραδικοῖς γένεσιν, ὧν τὰ πλείω εἰ μὴ ἐγέννησας, ἀλλ' ὕψωσάς τε καὶ στέατος πυροῦ μετέδωκας, τίς σώσει σε; ἢ τίς παρακαλέσει σε; τίς φείσεται ἐπί σοί; ἢ τίς σκυθρωπάσει ἐπί σοί; ἢ τίς ἐπανακάμψει ἐρωτῆσαι τὰ εἰς εἰρήνην σοι (Ἱερεμίου καὶ τάδε τοῦ πολυθρηνήτου τὰ ῥήματα), εἴτε μὴν τὴν προτέραν στολὴν ἐπενδύσει σε; πότε θεόθεν ἐνωτίσῃ ἐξεγείρου, ἀνάστηθι ἡ πιοῦσα τὸ ποτήριον τοῦ θυμοῦ μου καὶ τὸ κόνδυ τῆς πτώσεως. ἔνδυσαι τὴν ἰσχύν σου, ἔνδυσαι τὴν δόξαν σου. ἐκτίναξαι τὸν χοῦν καὶ ἀνάστηθι. ἔκδυσαι τὸν δε-

1. κατηραμένη pr B. 3. καὶ ὄμμα] καὶ οὓς ὀφθαλμοὺς εἶχες χαρωποὺς καὶ γλυκεῖς, ἐσβεσμένους νῦν καὶ ἀπημαυρωμένους ἀπὸ τῆς καμινιαίου φλογός, καὶ ἣν ὄψιν ὡραίαν καὶ τερπνὴν εἶχες πρότερον, ἀρτίως χαλαρὰ καὶ κακόγραια καὶ ἐζαρωμένη τὰ μάγουλα B. 21. ἐκτίναξαι] τίναξον τὸ χῶμα ἀπὸ τῶν ποδῶν σου B.

altis incedens passibus, augusto vultu, statura magnifica, nunc humilis et depressa. laceratae sunt tuae delicatae vestes; elegantibus atque imperiosis spoliata es redimiculis. extincta est lux gratiosorum oculorum; aniculae caminariae similis ex incendii fuligine extitisti; profundis rugis splendida prius et suavis tua facies est arata. neque iam dico esse qui tuas clades ad citharam cantillent, qui tuam tragoediam pro comoedia ludant, quo artificio ridiculae recitationis malorum tuorum et alaparum alantur; qui lapsus et vibices et contumelias, quibus in horas afficeris, per iocum commemorent. per invidiam depressa es a vecordi populo, ac potius ab obscuri et vagabundi populi colluvie; cuius magnam partem si non genuisti, at evexisti et saginasti. quis te servabit? quis te consolabitur? quis tibi parcet? quis vicem tuam dolebit? quis revertetur, ut paci tuae consulat? (sunt et haec lacrimosi Hieremiae verba). quis priori stola te indnet? quando divinitus audies: erigere, surge, quae calicem furoris mei bibisti et poculum ruinae exhausisti. indue vires tuas, indue gloriam tuam; excusso pulvere surgito; exuito vinculum colli

σμὸν τοῦ τραχήλου σου· πλάτυνον τὸν τόπον τῆς σκηνῆς σου C
καὶ τῶν αὐλαιῶν σου. μὴ φοβοῦ ὅτι κατῃσχύνθης, μηδὲ
ἐντραπῇς ὅτι ὠνειδίσθης, καὶ ἐκρότησαν ἐπὶ σοὶ χεῖρας πάν-
τες οἱ παραπορευόμενοι ὁδόν, ἐσύρισαν καὶ ἐκίνησαν κεφα-
λὰς αὐτῶν, καὶ εἶπον „αὕτη ἐστὶν ἡ πόλις, ὁ στέφανος δό-
ξης καὶ ἡ εὐφροσύνη πάσης τῆς γῆς. καὶ πῶς ἐκάθισε χήρα
ἡ πεπληθυσμένη λαῶν; καὶ ἡ ἄρχουσα ἐν χώραις ἐγεννήθη
εἰς φόρους." εἶπε γὰρ ὁ θεός σου „χρόνον μικρὸν κατέλιπόν
σε, καὶ μετ' ἐλέους μεγάλου οἰκτειρήσω σε. ἐν θυμῷ μικρῷ
ἀπέστρεψα τὸ πρόσωπόν μου, καὶ ἐν ἐλέῳ αἰωνίῳ ἐλεήσω V. 3o6
σε." ἦ γοῦν ᾄσεις Δαβιδικῶς πρὸς θεὸν „κατὰ τὸ πλῆθος
τῶν ὀδυνῶν μου ἐν τῇ καρδίᾳ μου αἱ παρακλήσεις σου εὔ-
φραναν τὴν ψυχήν μου." τίς ἐπιστήσεταί σοι Μωϋσῆς καὶ- D
νουργός, ἢ ἐπανάγων ἐποφθήσεται Ζοροβάβελ; πότε δ' ἐσεῖ-
ται σοι ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων συναγαγεῖν τὰ τέκνα σου,
ἐν οἷς διεσπάρημεν, ὃν τρόπον αἱ φιλότεκνοι ὄρνιθες ὑπὸ
τὰς ἑαυτῶν ἀθροίζουσι πτέρυγας τὰ οἰκεῖα νεόττια. ὡς νῦν
γε οὐδ' ἐνωπίως σοι ἐποφθαλμῆσαι καθαρῶς ἔχομεν, οὐδ'
ἐμφῆναι περιχαρῶς ὡς μητρί, καὶ ἀκριβῶς ἐπισπεῖσαί σοι
δάκρυον ὅσον ὀφθαλμὸς βούλεται ἢ δύναται, ἀλλ' εὐλαβῶς
ὡς στρουθοί σε περιιπτάμενοι, ὧν συνείληπται ἡ τροφὸς ἢ
δὲ καλιὰ διεσκέδασται, ἐλεεινόν τι καὶ γοῶδες περιτρύζομεν,

1. τῆς σκηνῆς] τῆς αὐλῆς σου καὶ τῆς κατοικίας σου B. 5. ὁ et ἡ ante εὐφ. om A. 11. ϑαβιτικῶς A. 13. καινουργός] ἀνακαινίζων σε B. 15. τῶν om A. ἀνέμων] περάτων τῆς γῆς B. 21. σε] σοι A.

tui; extende locum tabernaculi tui et vestibuli tui. ne movearis quod probro affecta es, neque verecunderis ob acceptas contumelias, et quod omnes praetereuntes manus super te comploserunt, sibilarunt, et capita quassarunt, et dixerunt: haec est urbs, corona gloriae et deliciae orbis terrarum. quo autem pacto vidua sedit, quae populis referta fuit? quomodo tributaria facta est, quae provinciis imperavit? dixit enim deus tuus: exiguo tempore te reliqui, sed magna te misericordia prosequar. in parva ira faciem meam averti, sed aeterna te clementia fovebo. nimirum cum Davide cantabis deo, pro multitudine dolorum cordis mei consolationes tuae meum animum exhilararunt. quis Moses novorum effector operum tibi patrocinabitur? quis Zorobabel te reducet? quando liberos tuos a quatuor ventis, in quos dispersi sumus, recolligere licebit? quemadmodum piae gallinae pullos sub alas suas congregant. nam nunc quidem nec intueri satis te nobis licet, aut amanter amplecti ut matrem, et libare tibi lacrimas, quantas oculus cupit aut potest; sed timide ut passerculi te circumvolamus, quorum nutrix abrepta, nidus direptus est, mise-

P. 372 πόρρω που τῶν σῶν φατνωμάτων ἐκτοπισθέντες, πεινῶντες καὶ διψῶντες, αὐχμῶντες καὶ ῥιγῶντες, καὶ πρὸς φθειρῶν πολλάκις κειρόμενοι, καὶ τὰς ψυχὰς ἐν κακοῖς τηκόμενοι, ὁδόν τε μηκέτι κατοικεσίας εὑρίσκοντες πόλεως, ἀλλὰ πολύπλαγκτοι φερόμενοι ὡς ὄρνιθες οἱ ἀβέβαιοι καὶ τῶν ἀστέρων οἱ πλάνητες. ἢ καὶ οὕτως εἰπεῖν, ἐνούμεθά σοι διῃρημένως καὶ συμπλεκόμεθά σοι κεχωρισμένως, κατὰ τοὺς ψυχῇ συναπτομένους καὶ διισταμένους σώματι, καὶ προσπάσχομεν ἀτεχνῶς ὃ καὶ ἔνια τῶν ζώων πρὸς τὰ παγιδευόμενα ἐκ σφῶν ὑπὸ θηρευτῶν καὶ ἐγκλειόμενα διαφανέσιν ὑελίνοις ἄγγεσιν. ἐκεῖνά τε γὰρ τῷ τοῦ σκεύους εἰλικρινεῖ καὶ στιλπνῷ τὴν τοῦ B συννόμου ζώου θέαν ἐνοπτριζόμενα συμμίξαι καὶ ἐν χρῷ γενέσθαι ὕλως ἀδυνατεῖ, καὶ διὰ τοῦτο μάτην περὶ τὸ ἄγγος ἀδημονοῦντα στρέφεται, τῷ ἐξηλλαγμένῳ τῆς ὄψεως ὡς ἀπεναντίῳ τῆς πρώην ἕξεως ἐκθαμβούμενα· καὶ ἡμεῖς ἐπ' ἴσης σοι τὰς μὲν ὄψεις προσβάλλειν καὶ ἐγγύτερον ἰέναι ἔχομεν, τοῦ δὲ περιχυθῆναί σοι γνησίως καὶ προσπλακῆναι θαρραλέως ὡς πρότερον παντάπασιν ἐστερήμεθα, ὅσα καὶ σώματι στερεῷ καὶ πολλῷ στεγανωτέρῳ ὑέλου τῷ βαρβαρικῷ συντάγματι διειργόμενοι.

6. Ἵνα τί ἔπαισας ἡμᾶς, κύριε, καὶ οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἴασις; ἔγνωμεν, κύριε, ἁμαρτίας ἡμῶν, ἀδικίας πατέρων

1. πόρρω] μακρὰν ἀπὸ τῶν σῶν ἀγκαλῶν ἐξορισθέντες B. 2. πρὸς φθειρῶν] τὰς ψήρας γέμοντες B. 7. τῇ ψυχῇ θεῶ ἡνωμένους B. 10. καὶ ἐγκλειόμενα] καὶ δεσμούμενα ἐν δικτύοις B. 21. ἐπαίδευσας B.

rabiliter et lugubriter pippientes. longe a tuis lacunaribus remoti sumus, esurientes et sitientes, squalore et rigore horrentes. a pediculis saepe rodimur, animis nostris calamitate liquescentibus. nec viam invenimus ad urbem in qua habitemus, sed multis erroribus ut vagabundae volucres et errantes stellae circumferimur; ac potius longo intervallo a te seiuncti tecum coniungimur, complectimur te separati, ut ii qui animis cohaerent, divulsi corporibus. dolemus vicem tuam, ut quaedam animantes, cum aliquas sui generis a venatoribus captas et perspicuo vitro inclusas vident, quas tamen attingere et amplecti nequeunt, et frustra cum dolore circa transennam versantur, mutato aspectu ut priori formae contrario obstupefactae. eodem modo et nos adiicere oculos et propius accedere possumus: sed convenire te libere et fidenter amplecti, ut pridem, nullo modo possumus, barbarico exercitu ut solido muro, et longe firmiore quam vitrum est, interclusi.

6. Cur nos percussisti, domine, nec est qui medeatur? agnoscimus, domine, peccata nostra, iniurias patrum nostrorum. desine

ἡμῶν. κόπασον διὰ τοῦ ἐλέους σου, μὴ ἀπολέσῃς θρόνον δόξης σου. παίδευσον ἡμᾶς, κύριε, ὅπως μὴ ἀποστῇ ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἀπὸ σοῦ, πλὴν ἐν κρίσει καὶ μὴ ἐν θυμῷ, ἵνα μὴ C ὀλιγοστοὺς ποιήσῃς ἡμᾶς. ἔκχεον τὸν θυμόν σου ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ μὴ εἰδότα σε, καὶ ἐπὶ γενεὰς αἳ τὸ ὄνομά σου κύριε οὐκ ἐπεκαλέσαντο. πατὴρ ἡμῶν σὺ εἶ, κύριε· ἡμεῖς πηλός, καὶ σὺ πλάστης ἡμῶν, ἔργον τῶν χειρῶν σου πάντες ἡμεῖς. ἐπίβλεψον, καὶ ἴδε τοὺς ὀνειδισμοὺς ἡμῶν. ἡ κληρονομία ἡμῶν μετεστράφη εἰς ἀλλοτρίους, οἱ οἶκοι ἡμῶν εἰς ξένους. ἐπίστρεψον ἡμᾶς πρὸς σέ, καὶ ἐπιστραφησόμεθα. ἀνακαίνισον ἡμέρας ἡμῶν καθὼς ἔμπροσθεν. χρηστέον γάρ μοι ἐπικαίρως καὶ ἐφ' ὁμοίοις τυῖς συναντήμασι τοῖς γραφικοῖς τοῖσδε ῥήμασιν.

Ἀλλ' ἤδη μοι καὶ τὸ λέγειν αὐτὸ ἐπιλέλοιπεν, ὅσα καὶ σῶμα συμφυὲς ψυχῇ καὶ ὁμόστολον τῇ τοῦ λόγου σοι τροφῷ πόλει συναπιόν τε καὶ συνθανόν. κωφοῖς τοίνυν δάκρυσι καὶ στεναγμοῖς ἀλαλήτοις τὰ πολλὰ τῶν θρηνημάτων ἀφοσιωτέον, καὶ τοῦ περαιτέρω ἀφεκτέον τῆς ἱστορίας εἰρμοῦ. τίς γὰρ ἀνάσχοιτ' ἂν ἐπὶ γῆς ἀλλοτριωθείσης ἤδη τοῦ λόγου καὶ βαρβαρωθείσης τέλεον τὰ Μουσῶν ἐπιδείκνυσθαι κρούματα; οὐκ ἂν ᾐσαίμην τὰ βαρβάρων αὐτός, οὐδ' ἐσοίμην παραπέμπων τοῖς ἔπειτα πράξεις πολεμικὰς ἐν αἷς μὴ νικῶσιν Ἕλληνες. εἰ γὰρ ὁ Κῷος Ἱπποκράτης πολλοῖς μεταπεμπόμενος χρήμασι

15. an πόλει? 17. ἀφοσιωτέον] καταπαύσω B. 22. ἐν αἷς] ἔνθα οὐδὲ νικῶσι ῥωμαῖοι B.

per misericordiam tuam. ne perde solium gloriae. castigato nos, domine, ne a te deficiat anima nostra: sed iudicio, non furore, ne ad paucitatem nos rediga. effunde furorem tuum super gentes quae te non agnoscunt, et super nationes quae nomen tuum non invocant. pater noster tu es, domine: nos lutum, tu figulus noster; opus manuum tuarum nos omnes sumus, adverte oculos, et vide probra nostra: hereditas nostra ad alienigenas est aversa, aedes nostrae ad peregrinos. si tu nos ad te converteris, convertemur, renovato dies nostros, ut olim fuerunt.

Utendum enim mihi est per tempus, et in simili calamitate his scripturae sacrae verbis. sed iam oratio me deficit una tecum, o urbs, nutrix eloquentiae, amissa, quemadmodum compages corporis animo discedente dissolvitur. est igitur magnitudo luctus mutis lacrimis et ineffabilibus gemitibus concludenda, et abrumpenda iam historiae series. quis enim Musarum sacra in terra iam a Musis alienata et barbarie oppressa aequo animo celebret? absit ut ego res gestas barbarorum decantem, aut ea bella memoriae posterorum pro-

V. 307 πρὸς τοῦ τότε Περσῶν βασιλεύοντος, ὡς ἂν τὰς ὑπ' ἐκείνων ἐπισκέψαιτο πόλεις κακῶς πασχούσας νοσηλείᾳ σώματος, οὐδ' ἄκροις ὧσι τὰς ὑπερόγκους ὑποσχέσεις ἠνέξατο δέξασθαι,
P. 373 ἔρρειν καὶ οἰμώζειν τοὺς βαρβάρους ἀφείς, πῶς ἂν εἴην ἐγὼ τὸ βέλτιστον χρῆμα, τὴν ἱστορίαν, καὶ κάλλιστον εὕρη-
5 μα τῶν Ἑλλήνων βαρβαρικαῖς καθ' Ἑλλήνων πράξεσι χαριζόμενος; ἀλλ' οὗτοι μὲν κατὰ τὸν ἐμπρήσαντα τὸν ἐν Ἐφέσῳ ναὸν τῆς Ἀρτέμιδος οἰχέσθωσαν ἄϊστοί τε καὶ ἄπυστοι, μηδὲ προσρήματος γοῦν τινὸς ὑφ' ἡμῶν ἀξιούμενοι, ἕως οὗ
10 παρέλθοι ἡ ἀνομία κἀπὶ τοῖς δούλοις αὐτοῦ τὸ θεῖον παρακληθήσεται. οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν ὁ θεὸς ἡμῶν εἰς τέλος ἐπιληθόμενος, ἢ συνέχων ἐν τῇ ὀργῇ αὐτοῦ τοὺς οἰκτιρμοὺς αὐτοῦ μηδὲ προστιθεὶς τοῦ εὐδοκῆσαι ἔτι, ἀλλὰ πατάσσων
B ἐπαποστελῇ μετὰ τοῦ θυμοῦ συρόντων ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ καὶ
15 τὰς μύλας τῶν λεόντων συνθλᾷ καὶ τὴν κεφαλὴν συντρίβει τοῦ δράκοντος. ἂν ὡς κάλαμον διαθλᾷ, καὶ τοῖς θηρίοις τοῦ καλάμου ἐπιτιμᾷ. ἂν οὗτοι ἐν ἅρμασι καὶ οὗτοι ἐν ἵπποις, ἀλλὰ ψευδὴς ἵππος εἰς σωτηρίαν, οὐδὲ ἐν ταῖς κνήμαις τοῦ
20 ἀνδρὸς εὐδοκεῖ. εἰ δείκνυσι τῷ οἰκείῳ λαῷ σκληρὰ καὶ οἴστρου κίρνησι κατανύξεως, ἀλλ' ἑτοιμάζει καὶ τράπεζαν ἐξ ἐναντίας τῶν θλιβόντων, καὶ προτείνει ποτήριον φιλανθρωπίας πλῆρες καὶ ἱλαρότητος καὶ μεθύσκον ὡς κράτιστον. εἰ τοὺς

3. ἔρρειν] φθείρεσθαι καὶ θνήσκειν B. 13. τοῦ] τοῦ μὴ B. 14. ἐπιστρ.] ἐπιστρέφει καὶ B.

dam, in quibus non vincunt Graeci. nam si Cous Hippocrates a rege Persarum magna pecunia accersitus, ut illius urbes pestilentia laborantes sanaret, magnificis illis pollicitationibus repudiatis contempsit barbaricos, cur ego rem optimam, historiam, et pulcherrimum Graecorum inventum, rebus barbarorum contra Graecos gestis condonarem? imo illi, ut is qui Ephesiae Dianae templum incendit, pereant ignoti et obscuri; nec ullo verbo quisquam nostrum eos dignetur, donec transierit iniquitas et deus servos suos clementer respexerit. non enim, non enim deus noster is est qui nostri perpetuo obliviscatur, aut in ira sua misericordiam non complectatur, aut beneficentiam omnem in posterum deneget. sed cum percutit, medetur, cum occidit, in vitam reducit; cum ferarum dentes immittit, qui cum rabie terrae affligant, at leonum quoque maxillas confringit et caput draconis conterit. si ut calamum comminuit, at bestias etiam ob calamum increpat. si isti curribus et equis fidunt, at in equo certa salus non est, neque deus viri tibiis delectatur. si populum suum duriter tractat eique vinum compunctionis miscet, at

μαστιγοῦντας ἐκ περάτων ἄγει τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν θαλάσσῃ μακράν, καὶ διὰ προφήτου βοᾷ μεγαλοκήρυκος „γίγαντες ἔρχονται πληρῶσαι τὸν θυμόν μου, χαίροντες ἅμα καὶ παίζοντες ἡγιασμένοι εἰσί, καὶ ἄγω αὐτούς," ἀλλὰ καὶ τούτοις ἐπι- C
τείνει σφοδροτέρας πληγὰς καὶ τῶν κακῶν μαστίζει τοῖς χείροσι, χάριν εἰδὼς οὐδαμῶς οὐδεμίαν, εἰ χρῆται τούτοις ὀργάνοις εἰς ὄλεθρον πόλεων καὶ κακοῖς ἐπιδημίοις καὶ δημίοις ἀνθρώπων ἀνελεήμοσιν, εἴτε μὴν ὡς νοσηλεῖαι καὶ φάρμακα συναίρονταί οἱ ἐν πλείστοις ὡς ψυχῶν ἰατρῷ, οἷς καὶ
φύσις τοιάδε τις ἔνεστι τοῖς ἐπιστήσασι πρόδηλος. καχεξίαι μὲν γὰρ ἤ τοῦ κάμνοντος ἀναρρωσθέντος ἐκμαρανθεῖσαι τοῦ δρᾶν ἔληξαν ἢ τῷ πάσχοντι συνδιόλλυνται· τὰ δ' ἀκεσίνοσα φάρμακα τὸ καχεκτοῦν ὁτεδήποτε ἰασάμενα ταῖς τῶν ὑλῶν ἀτιμοτέραις συμπρόεισιν ἀχρειούμενα. χρῆναι τοίνυν φημὶ
μὴ βιβλίον ἀποστασίου πρὸς θεοῦ δεδομένον ἡμῖν ἢ γοῦν τῶν ἀγριελαίων βαρβάρων παντελῆ ἐγκέντρισιν εἰς τὴν καθ' D
ἡμᾶς καλλιέλαιον τὰ ἐπιόντα οἴεσθαι δεινά, ἀλλὰ παιδείαν μικράν, ὁποίαν ἴσησιν ἐπάγειν θεός, ἀνιεὶς τοῦ ἄγαν μηδ' ἐνδιδοὺς τὰ πάντα τοῖς πειρασταῖς, ἀλλὰ καὶ τῶν πειραζομένων ἐν μέρει φειδόμενος, καὶ μάλιστα εἰ τὸ μὲν δρῶν, κόρον οὐκ εἰδὸς ἀνοσιουργίας, καὶ αὐτοῦ κατεπαίρεται δι' ἀσέβειαν παρ' οὗ τὴν ἰσχὺν εἴληφε τοῦ μαστιγοῦν, ὡς μὲν

15. ἢ γοῦν] ἢ ἵνα ἀπὸ τῆς καλλιελαίου ἡμῶν ἀρετῆς τε καὶ πίστεως εἰς τὰ αὐτῶν ἤθη ἐγκεντρισθῶμεν καὶ τάξεις B.

vicissim mensam instruit coram eis a quibus affligitur, et poculum porrigit humanitate et hilaritate plenum et ob vini bonitatem inebrians. si flagellatores ab extremis terrae marisque finibus adducit, et per prophetam magnum praeconem clamitat „Gigantes veniunt, ut expleant iram meam, simul et laetantes et ludentes; sacrosancti sunt, et a me adducuntur:" atqui gravioribus plagis eosdem afficit et deterioribus malis flagellat; nec ullam eis gratiam habet, si pro instrumentis ad perniciem urbium et publicarum cladium et pro crudelibus hominum carnificibus eis utitur. nam eos ut morbos et medicamenta, quippe animorum medicus, adhibet; quorum natura peritis non ignota est. aut enim mala habitudo aegroto sanato vires suas amittit, aut una cum illo interit. medicamenta vero quantumvis acria depulso morbo una cum prava materia expelluntur, nec ulli sunt amplius usui. quamobrem affirmo ista mala, quibus oppressi sumus, non libellum repudii divinitus nobis datum aut barbarici oleastri absolutam insitionem in nostram olivam esse iudicanda, sed parvam castigationem, qualem deus adhibere novit servato modo, non omnia tentatoribus concedere sed tentatis etiam parcere solitus, praesertim si is qui agit nullum modum suis

Ναβουζαρδὰν ἀρχιμάγειρος τὴν τοῦ θεοῦ πόλιν παραπέμπων πυρὶ καὶ τὰ λειτουργικὰ σκεύη προνομεύων, ὡς δὲ Βαλτάσαρ τρυφῶν ἐν αὐτοῖς θυσιαστήριά τε καθυβρίζων, τὰ δὲ θεῖα μυστήρια ἐξορχούμενος, τὸ δὲ πάσχον ἑαυτοῦ γινόμε-
P 374 *νον ἐν πρωτολογίαις κατήγορον παρήγορον τὸν παίσαντα θεὸν θερμότερον ἐπικέκληται. οὐκοῦν φιλανθρωπίαν ἐκδεχομένους θεοῦ δέον ᾄδειν μετὰ Δαβὶδ „μνήσθητι ἡμῶν κύριε ἐν τῇ εὐδοκίᾳ τοῦ λαοῦ σου· ἐπίσκεψαι ἡμᾶς ἐν τῷ σωτηρίῳ σου τοῦ ἰδεῖν ἐν τῇ χρηστότητι τῶν ἐκλεκτῶν σου, τοῦ εὐφρανθῆναι ἐν τῇ εὐφροσύνῃ τοῦ ἔθνους σου, τοῦ ἐπαινεῖσθαι μετὰ* 10
τῆς κληρονομίας σου," εὖ εἰδότας ὡς ἀσεβῶν μὲν ἡ εἰς τέλος παράδοσις καὶ μαστίγωσις, τῶν δ' ἠλπικότων ἐπὶ κύριον τῇ παιδείᾳ σύνδρομος ἡ παράκλησίς τε καὶ ἐπανάκλησις.

4. ἐξορχούμενος] ἐκφαυλίζων B.

sceleribus statuit, sed per impietatem contra eum ipsum insurgit a quo flagellandi potestatem accepit (ut Nabuzardan praefectus exercitus, qui urbe dei incensa vasa ministerii sacri rapuit; ut Balthasar, qui iis ad luxum abusus est, qui aris illusit et divina mysteria contempsit), is vero qui patitur, se ipsum in primis accusat et verberum auctoris dei opem et consolationem ardenter implorat. itaque dei beniguitas nobis expectanda est, et cum Davide canendum: memento nostri, domine, in approbatione populi tui. invisito nos ut servator, ut prosperitatem electorum tuorum videamus, ut laetitia gentis tuae laetemur, ut cum hereditate tua laudemur. neque enim obscurum est impios dedi flagris, cum eorum autem castigatione, quorum spes in domino sita est, consolationem et restitutionem in integrum esse coniunctam.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΧΩΝΙΑΤΟΥ

ΤΑ ΜΕΤΑ ΤΗΝ ΑΛΩΣΙΝ ΣΥΜΒΑΝΤΑ ΤΗ ΠΟΛΕΙ.

1. Σόλων ὁ τῶν Ἀθηναίων τὰ κράτιστα, ὑποτυφομέ- P. 353
νην ὁρῶν τὴν Πεισιστράτειον νεωτέρισιν, πολλάκις μὲν διει- V. 308
λέχθη τοῖς Ἀθηναίοις πειρώμενος κατασβέσαι τὴν τυραννίδα, εὖ μάλα εἰδὼς εὐμαρέστερον τὸ τὴν ἀρχὴν συνιστάμενον παῦσαι κακὸν καὶ κωλῦσαι πῆξιν ἄρτι δεχόμενον ἢ γοῦν προβὰν ἤδη καὶ κρατυνθὲν ἐκκόψαι ἤδη καὶ ἀνελεῖν· οὐδενὸς δ' αὐτῷ προσέχοντος, μηδὲ πείθειν δυνάμενος, μετὰ χεῖρας ὅπλα λαβὼν πρὸς ταῖς εἰσόδοις αὐτὰ κατέθετο, εἴ πως ἐκκαλέσαιτο οὕτω καὶ παροξυνεῖ τοῦ δήμου τινὰς πρὸς

1. τοῦ αὐτοῦ χωνειάτου εἰς τὰ συμβάντα μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως B.

NICETAE CHONIATAE

LIBER DE REBUS POST CAPTAM URBEM GESTIS.

1. Solon a Codro ortus, Atheniensis rei publicae vir praestantissimus, cum Pisistrati tyrannidem paulatim inolescere videret, saepe cives suos ad eam opprimendam est hortatus. satis enim norat multo esse facilius malorum principiis obstare et incrementa prohibere, quam ea progressa longius et confirmata cohibere et exstirpare. sed cum eius consiliis nemo pareret, arma ad fores curiae posuit, si quo modo aliquos e populo ad sui aemulationem pertra-

ζῆλον τὸν ὅμοιον. ὡς δ' οὐκ ἐξηρέθιστό τις πρὸς ταῦτα οὔτε μὴν συνεπωτρύνετό οἱ πρὸς τὴν τοῦ τυράννου καθαίρε-
P. 376 σιν, λέγεται εἰπεῖν „ἔγωγε, ὡς εἶχον, τῇ πατρίδι ἐπήμυνα," καὶ τὸ λοιπὸν ἡσυχίαν ἄγειν καὶ γράφειν ποιήματα καὶ διατωθάζειν Ἀθηναίους ἐς ἀβουλίαν, ὧν ἔνια μὴ παρασυρέντα τῷ χρόνου ῥείματι οὕτωσί πως ξυντέθεινται·

εἰ δὲ πεπόνθατε δεινὰ δι' ὑμετέρην κακότητα,
μή τι θεοῖς τούτων μοῖραν ἐπαμφέρετε·
αὐτοὶ γὰρ τούτους ηὔξήσατε ῥύσια δόντες,
καὶ διὰ ταῦτα κακὴν ἔσχετε δουλοσύνην.
ὑμέων δ' εἷς μὲν ἕκαστος ἀλώπεκος ἴχνεσι βαίνει,
σύμπασι δ' ὑμῖν κοῦφος ἔνεστι νόος·
εἰς γὰρ γλῶσσαν ὁρᾶτε καὶ εἰς ἔπος αἰόλον ἀνδρός,
B εἰς ἔργον δ' οὐδὲν γιγνόμενον βλέπετε.

εἰ γοῦν λέγων καὶ πράττων ὁ Σόλων πρὸς πειθήνιον λόγοις
V. 309 ὁμήγυριν ἠλέγχετο μάτην ἀμφότερα μετιών, Σόλων ἐκεῖνος ὁ Κοδρίδης μὲν τὸ γένος, τῷ δὲ τῆς σοφίας περιόντι μικροῦ πᾶσαν τὴν τετράκλιμον διελθών, ὁποῖον ἄν τις τῶν καθ' ἡμᾶς εἰσενηνοχὼς τοῖς κοινοῖς ἐπήρκεσεν ἂν πράγμασιν, ὧν οἱ μὲν βασιλεῖς ἐν ῥαθυμίᾳ τραφέντες ἦσαν ἐξ ἀρχῆς καὶ ῥέγκοντες ἡδύτερον Ἐνδυμίωνος καὶ τὰ δεῖπνα πρωϊαίτερον προσιέμενοι, καὶ τοσοῦτον τῆς τῶν πραγμάτων εὐκαιρίας

7. δεινὰ] λυγρὰ A. 8. μοῖραν] μῆνιν A. 9. τούτους] ταῦτ' ηὔξήσατ' ἐρύματα A. 11. ὑμέων — βλέπετε om A.

heret. cum autem neminem ad tyranni expulsionem suo exemplo impulisset, dixisse fertur se, ut licuerit, patriae opem tulisse, ac postea per otium Atheniensium temeritatem et incogitantiam perstrinxisse versibus, quorum nonnulli vetustate non aboliti sic habent.

si vestro vitio tandem mala plurima fertis,
de superis ratio non sinit ulla queri.
namque ope dum vestra libuit firmare tyrannos,
servitii merito vos grave stringit onus.
astutam vapido geritis sub pectore vulpem,
et vestris animis nil gravitatis inest.
insidias minime, quas res docet ipsa, videtis:
sed vos blanditiae fictaque verba tenent.

quodsi Solon ille, ex posteritate Codri, sapientiae praestantia per totum fere orbem terrarum celebris, apud populum verbis regi solitum frustra et dixit et fecit omnia, quid alicui nostrae aetatis homini iuvandae rei publicae causa faciendum fuisset, cum imperatores nostri ab ineunte aetate in umbra et otio educati more Endymionis sterte-

ἐκδιστάμενοι, οἷα φαύλως ἐν τοῖς ὅλοις ἡγμένοι, ὡς ἐν χειμῶνι μὲν τὰ ἄνθη ζητεῖν ἔαρος δὲ ποθεῖν ὀπωρίζεσθαι, τὸ δὲ πολίτευμα ἐμπορικόν τε καὶ κάπηλον τὸ φρονεῖν, καὶ μὴ C μόνον οὐχὶ σάλπιγξι τοῦ λέχους ἀνιστάμενον ἀλλ' οὐδ' ᾠδαῖς ὀρνίθων διυπνιζόμενον, ὡς καὶ τὸ ὅλον καθεῦδον ἡδέως καὶ μὴ ἐγνωκός ποτε πόλεμον; τὸ δέ γε συντιθέναι ποιήματα καὶ τῶν διαμαρτόντων καθάπτεσθαι ἦν μὲν καὶ τοῦ μεγαλείου Σόλωνος, ἦν δ', ὡς ἔοικε, καὶ τοῦ τότε δήμου τῶν Ἀθηναίων, κνωμένου τὸ οὖς ταῖς τῶν εἰσηγήσεων χρησίμοις, ἠρέμα τε ὑπενδιδόντος ταῖς τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν παραιφάσεσι. καὶ ἄλλως δὲ τῷ πρὸς ὄνειδος ᾄδειν τιθασσοῖς λόγων μέροψιν ἔνεστί τι καὶ γλυκάζον σὺν τῷ στύφοντι ἐμφαινόμενον· καὶ ἡ μνήμη, ὅσα δὴ καὶ ῥιπίς, τὸ παραμένον ἐν ψυχῇ καὶ ἐνθαπτόμενον ἐμπύρευμα τοῦ καλοῦ κατὰ ζῶσαν ἔτι φλόγα D πυρὸς ἀναθάλπουσα, τὴν ἐφ' ὁμοίοις ἐσέπειτα διαμαρτίαν φυλάττεσθαι διανίστησι. τοῖς δ' ἐς ἡμᾶς τῆς Κωνσταντίνου οἰκήτορσιν, εἰπεῖν δὲ καὶ τοῖς ἐκ τῶν ἄλλων ὁρμωμένοις χωρῶν, οἱ ἔλεγχοι μώλωπες ἀκριβῶς. τοῖς δὲ πολλοῖς οὐδ' ὅτα πεφύτευται τετρημένα εἰς νοῦν, οὐδ' ἡ Πυθία τῆς ἐλευθερίας ὁποία τις ἐστὶν ἐς δεῦρο κατείληπται, ὡς οὐδὲ γλυκύτης μέλιτος τοῖς μηδέπω γευσαμένοις μέλιτος. ἐπεὶ τοίνυν ἀσύμφωνα τοῖς Σόλωνος τὰ ἡμέτερα, ἄγε τὰ μὲν τῶν ἐλέγχων παρήσομεν βούκεντρα, ἐς οὐδὲν ἕτερον προσληφθησόμε-

11. τῷ] τὸ APW. 15. ἀναθάλπουσαν APW.

rent; qui maturius coenare soliti tantum a rerum gerendarum opportunitate abhorrebant? quippe mala educatione prorsus corrupti, ut hiberno tempore flores, verno poma requirerent? cives vero mercatorum et cauponum ingeniis praediti non modo non ad tubae sonitum surgere, sed nec avium garritu excitari soliti, suaviter dormire omnes, bellum prorsus ignorare didicissent? caeterum versus componere et vitia carpere, ea tempestate cum Solonis erat, viri illustrissimi, tum populi Atheniensis, cuius aures utilibus monitis capiebantur, quique optimorum virorum consiliis paulatim acquiescebat. nam mansuetis ingeniis reprehensiones plus fere voluptatis afferunt quam doloris, eorumque memoria scintillas honestatis in animis velut ignem sub cineribus delitescentem ad cavenda in posterum similia delicta excitat. nostra vero aetate Cpolitanis civibus et provincialibus quoque admonitiones plane vibices erant, nec vulgus aures habebat ad mentem perforatas, neque libertatis dulcedo quanta esset hactenus intellexerat, ut et mellis dulcedo ignota iis est qui id non gustarunt. quoniam igitur nostra tempora ab aetate Solonis discrepant, age omissis reprehensionum stimulis, qui nihil aliud nisi odia

να ὅτι μὴ τῶν πλείστων ἑτεροζύγησιν (εἰσὶ γάρ, εἰσὶν οἳ χόρτον ἐν τοῖς κέρασιν ἔχουσι), τὴν δ' ἱστορίας καθ' εἱρμὸν ἐξόμεθα. εἰ γὰρ καὶ τὰ τῶν βαρβάρων ἄδειν ἀπειπάμεθα, ἀλλ' οὖν τοῦ δρασσομένου τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτῶν ἐν πολλοῖς τοὺς ὑψαύχενας σφήλαντος καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν ἀτιμίας πλήσαντος, καὶ παραδόντος εἰς ὄλεθρον βαρβαροπέροις ἑαυτῶν ἔθνεσι, χρεὼν μηδ' ἡμᾶς τὴν σιωπὴν εἰς τέλος ἐλέσθαι, χρήσασθαι δὲ τῷ λόγῳ πρὸς ἀνθομολόγησιν τῶν τεραστίων θεοῦ, τοῦ „ζῶ ἐγὼ" λέγοντος „εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ἀνταποδώσω δίκην τοῖς ἐχθροῖς μου καὶ τοῖς μισοῦσί με ἐξολόθρευσιν," καὶ αὖ πάλιν πρὸς Ἀβραὰμ „τὸ δὲ ἔθνος ᾧ δουλεύσουσι, κρινῶ ἐγώ".

P. 377

Εἶχε μὲν δὴ οὕτω ταῦτα, καὶ ἡ Κωνσταντίνου καλλίπολις, τὸ κοινὸν ἁπάντων ἐντρύφημά τε καὶ ἐξακουστὸν περιβλάλημα, ἠθάλωται πυρὶ καὶ ἠμαύρωται ἑάλω τε καὶ τοῦ πλούτου παντὸς κεκένωται, ὅσος τε δημόσιος ἦν καὶ τοῖς λεῴς ἐπῳκείωτο καὶ ὅσος θεῷ ἀφωσίωτο, παρὰ γενῶν ἑσπερίων σποραδικῶν, ἀφανρῶν τὰ πλεῖστα καὶ ἀνωνύμων, εἰς λῃστρικὸν μὲν ἔκπλουν συγκροτηθέντων, ὀργάνῳ δὲ χρησαμένων καὶ προσωπείῳ εὐτυπώτῳ τῆς καθ' ἡμῶν κινήσεως τῷ κρούσασθαι πρύμναν εἰς ἄμυναν Ἰσαακίῳ τῷ ἐξ Ἀγγέλων καὶ ὃν ἐκεῖνος

2. τὴν γοῦν ἱστορίαν καθ' εἱρμὸν πάλιν λέγειν ἀρξώμεθα. ἐὰν γὰρ B, omissis Σύλων — ἔχουσι. 3. τὰ om A. 4. θρασσομένου PW. 14. ἐξακουστὸν om A. 17. παρὰ γενῶν] ἀπὸ τῶν γενῶν τῶν φράγγων περισυνάγματα ὄντα καὶ χυδαῖοι οἱ πλείονες καὶ ἀνώνυμοι, πρὸς λῃστρικὴν ἐκπλόησιν συναχθέντες B. 21. τῷ] τοῦ APW.

plerorumque irritarent (sunt enim, sunt qui foenum in cornu gerant), historiam ordine prosequamur. etsi enim nos res a barbaris gestas scripturos negavimus, tamen cum is qui sapientum sapientiam confundit, superbos illos homines in multa infortunia coniecerit, eorumque facie ignominia impleta barbaricis gentibus perdendos obiecerit, repudiato silentio mirabilia dei opera sunt celebranda, qui ait „ut vivo in perpetuum, ita de inimicis meis poenas sumam, et eos qui me oderunt extirpabo." et alio loco ad Abraamum „gentem vero cui serviant, ego ulciscar."

Cum illo rerum statu clarissima urbs, communes omnium deliciae, omnium celebrata vocibus, incendio absumpta, deleta, capta, omnibus opibus tam sacris quam profanis, sive publicis sive privatis ab Occidentalium gentium colluvie spoliata esset, quae gentes maxima ex parte obscurae et ignobiles cum navigationem latrocinii causa suscepissent, suae contra nos expeditioni speciosam causam praetexebant Isaacii Angeli restitutionem; et quem is filium malo fato

ἐφύτευσεν, ὡς μὴ ὤφελεν, ἐπ' ἀπωλείᾳ τῆς πατρίδος, ὃν καὶ καλῶν κάλλιστον καὶ σφισιν ἐπέρωστον ἀγώγιμον ἐπεφέροντο· ἡ γὰρ ὑπτιότης καὶ οἰκουρότης τῶν τὰ Ῥωμαίων χειριζόντων πράγματα δικαστὰς ἡμῶν καὶ κολαστὰς τοὺς λῃ-
5στὰς ἐπεισήνεγκεν. (2) ἐπὶ δὲ τοῖς συμβᾶσι πᾶσι τῇ βασι- C
λίδι οὐδὲν σημεῖον ὑψόθεν ἢ καὶ γῆθεν ἐκφανθὲν ἔγνωσται, ὁποῖα ἄττα πολλὰ τοῖς πρότερον ξυνηνέχθησαν συμφορὰς ἀν-
δρῶν καὶ κακῶν ἐπαγωγὰς κηρεσιφόρους ὑποσημαίνοντα. οὔτε γὰρ ψιάδες οὐρανόθεν ὕσθησαν αἱματόεσσαι, οὔτε θέρος ἔναι- V. 3
10μον παρεξήλλακται, οὔτε λίθοι πυρόεντες ἐξ αἰθέρος ἠνέχθη-
σαν, οὔτε τι ἕτερον ὡράθη καινουργηθὲν ὁπωσοῦν, ἀλλ' ἐμβάδι ἀψόφῳ καὶ χερσὶν ἀκροτήτοις πολύπους καὶ πολύχειρ τῇ πόλει καὶ ἡμῖν ἡ δίκη ἐπεισπεσοῦσα δυσπότμους ἐν ἀνθρώποις εἰργά-
σατο, τιμωρὸς ὀφθεῖσα φιλότιμος. καὶ τὴν μὲν ἡμέραν ἐκεί-
15νην καθ' ἣν ἡ πόλις ἐάλωκεν, οἱ σκυλευταὶ ταῖς ὀπηδοῦν οἰκίαις ἐναυλισάμενοι τά τε ἔνδον διήρπαζον καὶ περὶ τῶν ἀφανῶν D
τοὺς δεσπότας ἀνέκρινον, πληγὰς ἐντείνοντες ἐνίοις, πολλοῖς δὲ καὶ προσηνῶς συγγινόμενοι, ταῖς δ' ἀπειλαῖς ἐπὶ πᾶσι χρώ-
μενοι· ὡς δὲ τὰ μὲν εἶχον τὰ δ' ἐξέφαινον, τὰ μὲν ὀφθαλ-
20μοῖς προκείμενα καὶ πρὸς τῶν ἐχόντων προσαγόμενα, τὰ δ' ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἀναδιφώμενα, καὶ φειδώ τις οὐκ ἦν παρὰ σφίσιν οὐδὲ τῶν ἐνόντων μετάδοσις πρὸς τοὺς ἔχοντας, οὔτε μὴν συμμέθεξις ἑστίας ἢ ἑστιάσεως, ἀλλ' ὑπερυψία καὶ ἀμι-

3. ἡ γὰρ ὑπτιότης] ἡ γὰρ χαύνωσις καὶ ἡ οἰκουρία ἢ τὰ τῶν Ῥωμαίων διεξάγουσα πράγματα B. 13. δυσπότμους] κακοθανάτους B. 15. ὁπαοῦν A.

in patriae perniciem genuerat, comitem pulcherrimum et optatissimum adducebant. nam eorum oscitantia et ignavia qui rerum potiebantur, effecit ut latrones isti nobis ius dicerent et poenas irrogarent. (2) Nec illae clades urbis ullo portento vel caelesti vel terrestri praesignificatae sunt, id quod olim plerumque factum est, cum caedes hominum et excidia urbium imminebant. neque cruentae guttae caelo deciderunt, neque sanguinea messis extitit, nec igniti lapides ex aethere deciderunt, nec quicquam denique inusitati accidit, sed tacita et tranquilla vindicta multis manibus et pedibus ita nos oppressit, ut delicta probe ulta miserrimos omnium mortalium effecerit. eo porro die quo urbs capta est, praedatores eas aedes in quas diverterant diripiebant; et praeterea quae ipsi indagabant, dominos de occultis thesauris, nonnullos cum verberibus, multos blandis verbis, omnes cum comminationibus percontabantur. qui cum alia se habere faterentur, alia indicarent, alia in conspectum afferrent: milites nulla erga hospites clementia, nulla benignitate, nec hospitiis nec victu

ξία καὶ μεθ' ὕβρεων ἀπαγωγὴ καὶ ἀπόπεμψις, ἔδοξε διὰ ταῦτα τοῖς στρατηγοῦσιν ἀνεικέναι τοῖς βουλομένοις τὴν ἐκ τῆς πόλεως ἄπαρσιν. κατὰ συμμορίας τοίνυν ἀγειρόμενοι ἐξῄεσαν, ῥακίοις ἐσπειραμένοι, ἀπαστίᾳ ἐκτετηγμένοι, τὸν χρῶτα τραπέντες, νεκρώδεις τὰς ὄψεις καὶ ὕφαιμοι τοὺς ὀφθαλμούς, ὡς πλέον αἵμασιν ἤπερ δάκρυσι κλαίοντες. οἱ μὲν γὰρ θρήνων τὰς οὐσίας εἶχον ὑπόθεσιν, οἱ δὲ τὴν τούτων ἀποβολὴν ὡς οὔπω θλῖβον ἐς μὴ λόγον τιθέμενοι ἢ ὡραῖον γάμου κόριον ὠλοφύροντο ἁρπαγὲν παρά του καὶ διακορηθέν, ἢ ἀλόχου στέρησιν ἀπωδύροντο, καὶ ἄλλος ἄλλο τι κακὸν ἀνῳμωζε πορευόμενος.

Ἵνα δὲ καὶ τὰ κατ' ἐμὲ συνείρω τῇ ἱστορίᾳ, πολλοὶ τῶν συνήθων εἰς τοὐμὸν συνέδραμον οἴκημα τῆς στυγνῆς ἐκείνης καὶ δυσωνύμου ὄντως ἐπιφανσάσης ἡμέρας, ὑπόστεγον οὖσαν καὶ χαλεπὴν προσπελάσαι καὶ ζοφώδη τὴν εἴσοδον· ὃ γὰρ ἄμαχος τῷ κάλλει καὶ τῷ μεγέθει μέγιστος οἶκος ἡμῶν ἐν τοῖς Σφωρακίου ἱδρυμένος ὑπὸ τοῦ δευτέρου πυρὸς ἠφάνισται. ἦν δὲ καὶ ἄλλως εὐμαρῶς ἐκεῖθεν εἰς τὸν μέγιστον εἰσδῦναι ναόν, ἐπεὶ καὶ τῷ τεμένει συνέκειτο. ἀλλ' ἦν ἀνεξερεύνητον οὐδὲν τοῖς στρατεύμασιν, οὐδὲ τόπος εὐαγὴς καὶ τῇ θέσει παρέχων ἀσφάλειαν ἀσινὲς ἐτήρει τὸ προσρυόμενον,

3. κατὰ συμμορίας] συναχθέντες οὖν κατὰ γενεὰν καὶ συγγένειαν ἐξήρχοντο, ῥάκια διερρηγμένα φοροῦντες καὶ παλαιὰ, κατηψεῖς νεκροὶ τὰς ὄψεις, αἱματωμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχοντες B. 13. τῆς στυγνῆς] τῆς ἐλεεινῆς ἐκείνης ἡμέρας εἰς φῶς ἐλθούσης· ἦν γὰρ καμάρα ὑπόστεγος σκοτεινὸν ἔχουσα τὸν πλησιασμόν καὶ τὴν εἴσοδον. ὁ γὰρ λαμπρὸς ἡμῶν οἶκος, ὁ τῷ κάλλει καὶ τῇ εὐμορφίᾳ καὶ τῷ ὕψει ἀδιήγητος — B. 20. τόπος μοναστηρίου εἰς ἀσφάλειαν εὑρισκόμενος B.

communicando, utebantur. omnia superba inhumana immania erant. domini per contumeliam aedibus suis eiiciebantur. quibus de causis cum visum esset ducibus iis qui vellent urbe excedendi potestatem dare, cives turmatim abibant, pannis involuti, macie et pallore confecti, facie mortuis similes, oculis sanguine suffusis, quippe qui sanguine potius quam lacrymis flerent. nam alii facultatum iacturam deplorabant: alii ea ut re levioris momenti neglecta, aut filiolae nubilis raptum aut coniugem amissam, alii denique aliud in itinere lugebant.

Ut autem de me quoque aliquid referam, multi ex familiaribus illo tristi et vere nefasto die in meam domum porticibus impositam, propter obscuritatem aditu difficilem (nam pulcherrimae et amplissimae aedes nostrae in Sphoracio sitae altero incendio perierant), confluebant; et alioqui opportunus erat inde in maximum templum

ἀλλ' ὅπῃ τις ἂν καὶ προσέδραμεν, ἀπεσπᾶτο πρὸς τῶν εἰσιόντων ἐκεῖ πολεμίων, καὶ ἔνθα πρὸς βουλῆς ἐκείνοις ἀπήγετο. ταῦθ' ὁρῶντες ἡμεῖς ἀνομούμενα, ὡς ἐκ τῶν παρόντων εἴχομεν, τὸ σύμφορον μέτιμεν. ἦν οὖν ἐμοί τις συνήθης τε καὶ συνέστιος ἐκ τοῦ τῶν Βενετίκων προελθὼν γένους, κομιδῇ ἀξιούμενος καὶ τῆς ἐς τὸ σῶμα ἀσφαλείας κομιδῇ μετέχων τοῖς οὖσιν ἅμα καὶ γυναικί. οὗτος χρήσιμος ἡμῖν ἐν τοῖς τό- C τε καιροῖς γίνεται. θωρακισάμενος γὰρ καὶ τὸν ἔμπορον εἰς στρατιώτην μεταμειψάμενος μάλα ἐμβριθῶς ἀπεκρούετο τοὺς εἰσιόντας μέχρι τινὸς τὸ οἴκημα σκυλευτάς, τὸν συνοπλίτην ἐκείνοις ὑποκρινόμενος καὶ προειληφέναι τὴν οἰκίαν σχηματιζόμενος, συμβαρβαρίζων ἅμα σφίσι καὶ τὰ εἰκότα διαλεγόμενος. ὡς δ' οἱ μὲν κατὰ πλῆθος εἰσέρρεον, ὁ δ' ἀντέχειν ἀπείρηκε, καὶ μάλιστα τοὺς ἐκ τῶν Φραγκίσκων εἰσιόντας, μὴ τοῖς ἄλλοις ὄντας παραπλησίους καὶ τὰς γνώμας καὶ τὰ σώματα, μόνον δὲ τὸν οὐρανὸν δεδιέναι κομπάζοντας μὴ εἴῃ σφίσιν ἐπιπεσών, μεταχωρεῖν ἐκεῖθεν ἡμῖν ὑποτίθησιν, ἵνα μὴ πρὸς τοῖς βαρβάροις γενόμενοι ἐν μὲν δεσμοῖς οἱ ἄνδρες ἡμεῖς διὰ χρήματα εἴημεν, αἱ δὲ γυναῖκες ἐν ὕβρεσι καὶ D ἀσέμνοις ἀπαγωγαῖς. τοῦ χρηστοῦ τοίνυν ἐκείνου καὶ πρώην οἰκότριβός τε καὶ πρόσφυγος, τότε δ' ἀγαθοῦ συνεργάτου

4. μετῆμεν? ἦν οὖν] εἶχόν τινα συνήθη γνώριμον ἐν τῷ οἴκῳ μου, ἐρχόμενον πάντοτε μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ καὶ τῶν παίδων καὶ λαμβάνοντα τὰ χρειώδη καὶ δεφενδευόμενος ὑπ' ἐμοῦ B. 14. φραντζίσκων B. 16. μὴ εἴῃ] μή ποτε πεσὼν σκεπάσῃ αὐτούς B. 20. τοῦ χρηστοῦ] τοῦ ἀγαθοῦ τοίνυν ἐκείνου συμβούλου B.

receptus, cui vicina erat. sed milites nihil impervestigatum relinquebant; nec locus ullus sacer aut situ munitus supplices defendebat. quocunque accurreres, ab hostibus abstractus, quo illis erat lubitum, abducebaris. quas iniurias cum cerneremus, ut tempus ferebat, rebus nostris consulebamus. erat mihi familiaris quidam atque domesticus natione Venetus, qui domi meae cum uxore et rebus suis victum tutumque receptum habebat. is eo tempore nobis utilis fuit. nam armis et militari habitu pro mercatorio sumptis, praedatores aliquandiu fortiter aedium ingressu depulit, se commilitonem eorum, et aedes eas praeoccupasse simulans, et patria lingua cum eis quae res postulabat colloquens. cum autem illis catervatim irruentibus, Francis praesertim, qui caeteris nec ingeniis nec corporibus similes id unum se vereri iactant ne caelum ruat, resistere non posset, auctor nobis fit inde discedendi, ne capti a barbaris nos in vincula coniiceremur, mulieres vero ad stupra et libidinem raperentur. cum autem bonus ille pridem famulus et clieus, tum vero adiutor et tempore maxime necessario

καὶ τοῖς καιρίοις ὑπερασπίζοντος ἐς ἄλλην οἰκίαν ἠγησαμένου, γνωστοὺς ἡμῖν Βενετίκους τρέφουσαν, κατὰ βραχεῖς
V. 311 ἐξιμεν ἐκεῖθεν, ὡς δορύκτητος ἐκείνῳ κλῆρος, ἐκ χειρὸς ἑλκόμενοι κατηφεῖς καὶ δυσείμονες καὶ οὕτω παραπεμπόμενοι. (3) ἐπεὶ δ' ἐκεῖνο τὸ μέρος τῆς πόλεως εἰς κλῆρον τοῖς Φραγκίσκοις ἐπέλαχε, μετανάσται πάλιν γινόμεθα, ὅτε καὶ τῶν ἐπὶ τῆς θεραπείας ἡμιῶν ἄλλων ἄλλῃ διασπαρέντων καὶ πάντων ἀπανθρώπως ἡμᾶς παρεικότων ἐπωμάδια φέρειν ἡμεῖς ἠναγκάσμεθα τὰ μήπω τῶν παιδαρίων ποσὶ χρώμενα, στέγειν δὲ ὑπὸ μάλην καὶ ἄρρενα παῖδα ὑπομαστίδιον, καὶ χωρεῖν οὕτω διὰ μέσου τῶν ἀγυιῶν. ἡμέρας τοίνυν πέντε μετὰ τὴν ἅλωσιν τῇ πόλει προσμείναντες ἀπαίρομεν καὶ ἡμεῖς.
P. 3;9 ἦν δὲ τότε σάββατον, κατὰ θείαν οἶμαι καὶ μὴ τυχηρὰν περίπτωσιν ἢ συγκυρίαν οὑτωσί πως συμβὰν ἄλογον, καὶ χειμών, ἐπὶ δὲ καὶ πρὸς ὠδῖσιν ἔτι ἡμῶν ἡ σύζυγος, ὥστε καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ προαγόρευμα ὅ φησιν εὔξασθαι μὴ γενέσθαι τὴν φυγὴν ἡμῶν χειμῶνος ἢ σαββάτου, καὶ „οὐαὶ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις," ὡς εἶπερ ἐφ' ἡμῖν προείρητο, πέρας ἀτεχνῶς εἰληφεν. ὡς δ' ἱκανοὶ συνήθεις καὶ συγγενεῖς καὶ πλῆθος ἕτερον κατὰ θέαν ἡμῶν συνδραμὸν τῆς πορείας εἰχόμεθα, ἐπ' ἴσης ἀγορᾷ μυρμήκων διιόντες τὰς τριόδους, προσυπήντων ἡμῖν οἱ στρατοί, οὐχ ὡπλισμένοι

2. κατὰ βραχεῖς] ὀλίγους ὀλίγους ὡς αἰχμαλώτους ἤγαγε B. 3. ἔξειμεν A. an ἐξῆμεν? 5. φρανιζίσκοις B. 9. στέγειν] καὶ ἕτερον παιδὶν μετὰ φασκίας βιζάνον κρατεῖν B. 14. καὶ χειμών] ἦν δὲ καὶ ἡ ἡμέρα ψυχρὰ καὶ χειμωνική, καὶ ἡ γυνή μου πρὸς γένναν ἕτοιμος B.

defensor nos in alias aedes, ubi nobis noti Veneti habitabant, duceret, pauci simul exibamus, illo manibus nos trahente et ut praedam suam comitante, tristes et male vestiti. (3) Sed ubi ad illam urbis partem Francis assignatam rursus pervenimus, inde profugimus, a famulis nostris omnibus, aliis alio dispersis, inhumaniter desorti, liberis nostris, qui nondum ingredi poterant, humeris impositis. et filiolum lactentem adhuc sub ala ferre et ita per medios vicos incedere coacti sumus. et dies quinque post captam urbem commorati et ipsi discessimus die sabbati. quod divina providentia et non fortuito casu factum videtur. accedebat et hiems, et nostra uxor vicina erat partui. ut illa Christi praedictio, quae monet orandum esse ne fuga nostra in sabbato et hieme fiat, et praegnantibus in diebus illis male ominatur, non secus ac si nostra causa dicta esset, exitum sortiretur. ut vero complures familiares et cognati aliaque turba ad nostrum conspectum confluxerant, non aliter quam coetus formicarum per trivia pergebamus, occurrentibus nobis exercitibus non accurate

πρὸς ἀκρίβειαν, μαχαίρας δ' ἐπιμήκεις παρὰ πλευρὸν πλά- B
γιον τοῦ ἵππου ἐζηρτημένοι καὶ παραξιφίδια ταῖς ζώναις ἐνιέ-
μενα φέροντες, οἱ μὲν τῶν σκύλων ἐμφορτοι, οἱ δὲ τοὺς πα-
ριόντας αἰχμαλώτους ἐξιχνιάζοντες εἰ λαμπρὰν ἐσθῆτα περί-
κεινται διερρωγότι περιστελλομένην χιτῶνι ἢ γοῦν ἀργύριον
καὶ χρυσίον τῷ κόλπῳ ἐνθάπτουσιν, οἱ δὲ καὶ γυναικῶν ταῖς
κάλλει διαφερούσαις πεπηγόσι βλέμμασι μηδὲ ῥᾳδίως ἀπο-
σπωμένοις ἐνατενίζοντες ὡς ἁρπάσοντες αὐτίκα καὶ βιασόμε-
νοι. περὶ ταῖς γυναιξὶ τοίνυν ἡμεῖς δείσαντες τὰς μὲν ὡς ἐν
σκηῷ τῷ μέσῳ ἡμῶν ἀπειλήφειμεν, ταῖς δὲ νεάνισιν ἐπεσκή-
ψαμεν ἐντρίψασθαι πηλῷ τὰ πρόσωπα ἀντίρροπα τῶν πρώην
κομμώσεων καὶ τὸν πυρσὸν οὕτω κατασβέσαι τῶν παρειῶν,
ἵνα μὴ ὡς ἐν νυκτὶ φρυκτωρούμενον πῦρ προκαλῆται τοὺς C
ὁδευτὰς πρῶτα μὲν θεατάς, ἔπειτα δ' ἐραστάς, ἐκ δὲ τούτου
καὶ βιαστάς, ἀνεύθυνον ὁρῶντας τὸ ἴδιον θέλημα, ἅμα καὶ
χεῖρας ἱκέτιδας αἴροντες εἰς θεὸν καὶ μετὰ συνοχῆς καρδίας
τὸ στῆθος τύπτοντες καὶ δακρύοις τὰ ὄμματα τέγγοντες, εἴ
πως ἅπαντες καὶ πᾶσαι τοὺς ὠμηστὰς ἐκείνους θῆρας σχοίη-
μεν ἀδιαλώβητοι παρελθεῖν. ἔδει δὲ διὰ τῆς Χρυσείας πύ-
λης ἡμᾶς ἐξελθεῖν. ὡς δὲ περὶ τὸν νεὼν ἤκομεν Μωκίου
τοῦ καλλιμάρτυρος, ὑβριστὴς καὶ ἀνόσιος βάρβαρος ὡς ἀμνά-
δα λύκος ἐκ μέσων ἡμῶν ἁφαρπάζει κόρην εὐπλόκαμον, τι-

1. μαχαίρας] σπαθία δὲ ζωννύμενοι καὶ παραμάχαιρα, οἱ μὲν φορτωμένοι τὰ κουρσιμαῖα B. 11. ἀντίρροπα] ἀντὶ τῶν ἐφτιασμάτων καὶ κοκκίνων ὧν ἐτίθουν πρότερον, ἵνα κατασβέσωσι τὴν τῶν μαγούλων κοκκινότητα B. 22. εὐπλόκαμον] καλλιπρόσωπον καλότριχον B.

ci a Latinis defecerunt, et eos aeque oppugnarunt ac ii qui eos non receperant, et multos occiderunt. nihilominus tamen etiam sic res Latina superior fuit, caedesque multae cum alibi tum ad urbem Caesaream factae sunt. nam Romani quidam signifero, qui Latinorum exercitum antecedebat, occiso, vexilloque in tumulo collocato, cohortes quae sequebantur illo conspecto ad se pellexerunt, a quibus ubi Romanos esse cognoverunt, facillime ac celerrime profligati ac male multati sunt. idem institutum Theodorus Philadelphiensis imitatus, Errico circa Adramyttium agenti arma infert, ac inexpectato superventu et multitudine principio terrorem incutit. sed cum Errico Martis alea tentanda videretur, equitum aciem instruit; qui hastis in altum elatis Romanorum congressum expectabant. qui cum a lacessendo abhorrerent, et instar flammivomi serpentis anfractibus copiarum sese flecterent, et squamis armorum horrerent, et utrinque cornu explicatione velut hiatum quendam prae se ferrent, et

τὸ σύνηθες ἀλαλάξαντες, αὐτοῦ δὴ τοῦ Ἔρρῃ τῶν ἄλλων προεκθορόντος καὶ διὰ μέσων τῶν τάξεων τὸν ἵππον ἐλάσαντος, διασκεδάζουσι Ῥωμαίους, καὶ σφίσιν ἐπικείμενοι φεύγουσι φόνου πάρεργον πλείστους ἔθεντο, οἷα τῶν ἱππέων V. 320
Ῥωμαίων καὶ πρὸς τὴν πρώτην ἔμπτωσιν τῶν Λατίνων καὶ P. 390
τὴν τῶν δοράτων ἀγκώνισιν ὅλοις ἀποδράντων ῥυτῆρσι, καὶ τὰς πεζικὰς τάξεις παρεικότων εἰς κεράϊσιν τοῖς ἀντιμάχοις καὶ προνομήν.

Καὶ τῇδε μὲν τὰ κατ' Ἀσίαν ἐφέρετο· τὰ δὲ Θεττα-
λὰ Τέμπη ἐκπεριελθὼν μαρχέσιος ὑφ' ἡγεμόσι Ῥωμαίοις ἦγε διὰ ταχέων ἐν τοῖς μὴ ὀριαίοις τὴν δύναμιν, ὥστε καὶ ἔλαθε τὰ πεδινὰ τῶν Λαρισσαίων κατέχων τοὺς ταῖς ἄκραις ἐφεστῶτας Ῥωμαίους καὶ τὰς ὑπερβολὰς τηροῦντας ἐπιμελῶς, αἳ τὸν μὲν Πηνειὸν ποταμὸν ἐς τὸ στενώτατον πάντῃ ξυνά-
γουσιν, ὡς καὶ καχλάζειν ἐν πολλοῖς ἐπὶ μέγα τὸ ῥόθιον καὶ τὰς ὄχθας τῇ τῶν κτύπων ἀντιπέμψει συνεπηχεῖν, περὶ δὲ τὰς τῶν ὀρῶν ὑποβάσεις μίαν ἀτραπὸν παρανοίγουσι, συνεπτυγμένην καὶ ταύτην καὶ χαλεπὴν τοῖς βαδίζουσι, ὥστε πῇ B
μηδ' ἐπὶ τεσσάρων ἀσπίδων αὐτὴν ἀναπτύσσεσθαι, ὑπὸ πε-
τρῶν λισσάδων καὶ ποταμίου ῥεύματος ἐς τὸ πάντῃ συνιοῦσαν στενόπορον. ἐκ δὲ Λαρίσσης ἄρας προυχώρει τοῖς ἔμπροσθεν, μηδενὸς εἰς χεῖρας αὐτῷ προσιέναι θαρρεῖν ἔχοντος. ὀψὲ δὲ καὶ μόλις περὶ τὰς Θερμοπύλας λόχον ὁ Σγουρὸς Λέων ὑποκαθίσας, μηδὲν δέ τι καὶ δράσας γενναῖον,
ἀλλὰ καὶ πρὸς μόνην τὴν τῶν ἱππέων Λατίνων ὄψιν ἀλλο-

tamen segnius atque ignavius invaderent, Latini veluti signo dato directis hastis et clamore de more sublato, ipso Errico ante alios erumpente et per mediam hostium aciem equo perrumpente, Romanos dissipant, et fugientibus incumbentes plurimos occidunt. nam Romani equites ad primam Latinorum impressionem et hastarum directionem concitatis equis fugientes pedestres ordines hostibus trucidandos reliquerant et spoliandos.

Hoc Asiae statu, marchio per Thessala Tempe Romanis ductoribus egressus copias in locis non montanis adeo celeriter duxit, ut in Larissae campestria perveniret ignaris Romanis qui montium cacumina accuratis excubiis tenebant; quibus Peneus fluvius ubique in angustissimum alveum coactus in magnos fluctus attollitur, ripis resonantibus; et unum, eumque angustum tramitem et transitu haud facilem aperiunt, ut vix quaterni milites prae rupibus et torrentibus possint incedere. Larissa digressus ulterius pergebat, nemine resistere audente, donec sero ac vix tandem Scurus Leo circa Ther-

φρονήσας φυγὰς ἐκεῖθεν ἐς τὸν Ἀκροκόρινθον ᾤχετο. ὁ δὲ Σγουρὸς οὗτος ἐκ τοῦ Ναυπλίου γεγενημένος χρόνον μέν τι-
C να τῶν ἐκ τοῦ γένους βίᾳ μᾶλλον ἢπερ πειθοῖ κατίσχυε, πα-
τρῷόν τι μέτρον ἀναπληρῶν καὶ χειριζων οὐχ αἱμάτων κα-
θαρεῦον κληρούχημα· ἀεὶ δὲ τῷ τῶν πραγμάτων ἀνωμάλῳ
ἐπιδιδοὺς καὶ τοῖς στασιώδεσι καιροῖς οἰδαινόμενος μέγας ἐκ
μικροῦ πρόεισιν, ὡς οἱ χείμαρροι τοῖς ὄμβροις καὶ τοῖς βιαίοις
τὰ κύματα πνεύμασι. τὸ γὰρ ἱππόβοτον Ἄργος ὑπονοθεύσας,
καὶ ἐπὶ τῷδε τὴν Κόρινθον λῃϊσάμενος, καὶ προϊὼν ἀεὶ τοῖς
λῃστεύμασιν, εἶτα καὶ ταῖς Ἀθήναις αὐταῖς προσήραξε μετὰ
πολεμικῶν νηῶν καὶ τὸν Ἰσθμὸν διελθόντος στρατεύματος, ἐλ-
πίσι θαλπόμενος ὡς εὐμαρῶς κρατήσει τῆς ἀκροπόλεως, ἣ
γοῦν ἐλεπόλεις ἐπιστήσας ὡς ἀπόλεμον θροήσει τὸ ἔνδον ἀπο-
μαχόμενον. ἦν δ' ἀναπεμπάζων φρεσὶ καὶ εἰκαίως διανοούμενος τὰ μὴ πέρας ὅλως δεξόμενα. ὁ γὰρ ἀρχιποίμην Ἀθη-
D νῶν Μιχαὴλ ὁ Χωνιάτης (κασίγνητος οὗτος ἐμός, ναὶ ἐμός· ἐγκαλλωπίζομαι γὰρ τῇ ὁμογνιότητι, καὶ χαίρω καθ' αἷμα τῷ ἀνδρὶ συναπτόμενος, εἰ καὶ τῆς ἀρετῆς καὶ τοῦ λόγου κατὰ διάμετρον ἐκδιίσταμαι) τὸ οἰκεῖον λάχος ὁρῶν τῶν αὐτοῦ βουλῶν καὶ εὐχῶν ἐξεχόμενον, ἐπεὶ παρεμβαλόντα θεά-
σαιτο τὸν Σγουρόν, ἔγνω μετιέναι τοῦτον θεοφιλῶς, εἴ πως ἐκεῖθεν ἀποστῆσαι δυνήσεται, μηδ' ἄλλως ἀσυνήθως ἔχοντα

2. ἀπὸ τοῦ ἀναπλίου B. 6. οἰδαινόμενος] ἐξογγούμενος B. 8. ὑπονοθεύσας] μετὰ κλεψίας λαβὼν B. 16. ὁ Χωνιάτης om A.

mopylas insidias ei struxit. sed nullo forti edito facinore, ad solum conspectum Latinorum equitum territus Acrocorinthum confugit. Scurus hic Nauplio ortus aliquandiu vi magis quam voluntate popularium principatum tenuit a patre susceptum, ad cuius imitationem non sine sanguine imperavit. sed confusione rerum auctus, et turbulentis temporibus ut torrentes imbribus et turbinibus undae tumefactus, e parvo magnus extitit. Argos dolo, Corinthum latrocinio cepit; et grassando subinde progressus ipsas Athenas cum bellicis navibus et exercitu per Isthmum traducto est adortus, ea spe se arcis facile potiturum, aut machinis adductis imbelle praesidium facile territurum. caeterum ea agitabat animo et frustra conabatur, quae ad exitum perduci non poterant. nam Athenarum summus pastor Michael Choniates, frater meus (meus inquam: nam laudi mihi duco cognationem eius, et ei me sanguine propinquum esse gaudeo, licet a virtute et eloquentia eius remotissimus), cum sui muneris esse intelligeret consilio et precibus rem publicam iuvare, Scuri castris visis, pie cum eo agere instituit, an hominem, praesertim non

πρὸς αὐτόν, ἐς δὲ λόγους ἐληλυθότα πολλάκις. καὶ δὴ ὡς ἐξ ὑπερδεξίων τῆς πόλεως τοξεύει παραινέσεων βέλεμνα, καὶ τῇ ποιμαντικῇ σφενδόνῃ ἀκροβολίζεται διαφυεῖς θεόπλοκα ῥήματα. ἔστι δ' ὅπῃ καὶ ὡς ἐξ ἐλεπόλεων τῶν πατρικῶν ἀπειλῶν πειρᾶται κατασείειν τὸ ἐκείνου φρόνημα, μὴ δεῖν λέγων ἀπὸ Χριστοῦ καλούμενον καὶ Ῥωμαίοις συνεξεταζόμενον διὰ μάχης Ῥωμαίοις χωρεῖν, εἰ μὴ πιστοῦται μόνοις χείλεσι τὸ Χριστώνυμον, ὡς ἐσθῆτι καὶ γλώττῃ τὸν Ῥωμαί- P. 391
οις ὁμόφωνον, τῇ δὲ καρδίᾳ πόρρω πλάζοιτο τῶν καλουμένων ἀπὸ Χριστοῦ. τί δὲ καὶ ἔχων Ἀθηναίοις ἐπεγκαλεῖν τῇ Ἀττικῇ ἐπεστράτευσε; τοῖς μὲν γὰρ γείτοσιν Ἀργείοις εἶχεν ἄν τι καὶ ἐπάγειν ὡς ὁμόροις αἰτίαμα, ποιοῦν ἀνεύθυνον ὅπωσδὴ τὴν ἐκείνων καταδρομήν, ὡς ἄρα καὶ Κορινθίοις προσῆψεν ἔναγχος ἔγκλημα τὰς τοῦ ἀρχιποίμενος Κορίνθου κατ' αὐτοῦ πολλάκις ἐπιβουλάς, ὁπόθεν καὶ τὸ Ναύπλιον στρατιὰν Ῥωμαίων ἐπιδραμοῦσαν ἑώρακε καὶ νῆας ἐς αὐτὸ καταπλευσάσας πολεμικάς. Ἀθηναῖοι δὲ καὶ αὐτός, ὥσπερ τοπι- V. 321
κῶς ἀφεστήκασιν, οὕτω καὶ τοῦ ἔχειν πράγματα καὶ κατ' ἀλλήλων χωρεῖν φιλονείκως πλεῖστον ὅσον διείργονται. τὰ B
δὲ πρὸς τὸν ἱερέα τῆς πόλεως οὐδὲν ὅτι μὴ τὰ πάντα θεοφιλῆ καὶ πνευματικά, εἴγε ὁ μὲν πατέρα καὶ ποιμένα τοῦτον ὀνομάζειν οὐδέ ποτε ἀπηνήνατο, καὶ τὰ τῆς αὐτοῦ γλώττης ῥήματα, ὅσα καὶ γλυκὺ μελίκηρον βλίττειν, ὠρεκτία διὰ

22. ὀνομάζειν] ἀτιμάζειν οὐκ ἀπ. A. 23. βλίττειν om A.

ignotum sed saepe collocutum, amovere posset. itaque ex urbe tanquam superiore loco monitorum sagittas eiaculatur, et pastorali funda divina verba iacit. aliquando etiam spiritualibus minis tanquam arietibus animum illius sternere instituit. non enim decere eum qui Christianus sit et inter Romanos nomen suum profiteatur, Romanos bello petere, nisi forte solis labiis Christianum agat, ut et veste et lingua duntaxat Romanum, corde vero a Christianis sit remotissimus. quam vero causam habeat oppugnandi Athenas? nam Argivis ob vicinitatem posset forsitan aliquid crimini dare, quo illorum expugnatio excusetur, quemadmodum et Corinthiis nuper archiepiscopi eorum crebras insidias obiecerit, unde Romanum exercitum Nauplium accurrere et naves hostiles appellere viderit. Athenienses vero et ipsum, ut locis distent, ita nihil invicem habere negotii, et ab omni aemulatione remotos esse. cum urbis porro sacerdote nihil intercedere nisi pia et spiritualia commercia, quoniam hunc ipse patrem et pastorem appellare nunquam recusarit, et suavitate orationis eius magis afficiatur quam mellis dulcedine, eaque semper frui cupiat, hic vero ipsum in spiritualium liberum numerum retulerit, ac

παντὸς δρέπεσθαι, ὃ δὲ παισὶ τοῖς κατὰ πνεῦμα τὸν Σγουρὸν ἐνέγραφε. καὶ τοιοῖσδε χρώμενος ὅπλοις ἐκεῖθεν παρῆτεῖτο τὸν ἄνδρα μεταχωρεῖν. ὁ δὲ τὸ δύνασθαι βιάζεσθαι πρόφασιν ἀπαραίτητον καὶ ἀπαρακάλυπτον προβαλλόμενος, καὶ τὸν καιρὸν ἐνάγων ὁρᾶν παντὶ τὸ πρὸς ἰσχύος ὁρᾶν ὑποβάλλοντα ὡς οἷα τῆς τῶν πόλεων πασῶν κορωνίδος τὰ τῶν ὅλων πασχούσης χείριστα, ἔτι δὲ καί τινα νεανίαν ἐκδοθῆναί C οἱ πρὸς θάνατον πολὺς ἐνέκειτο ἐκζητῶν, ὃν ἄλλος μὲν καὶ μὴ αἰτησαμένῳ μετὰ περιχαρείας προύδωκεν ἄν, σπέρμα ἄδικον καὶ ἄνομον κρίνων ὡς πολλοῖς παραίτιον ἀπωλείας, καὶ πᾶν ὅ τι χείριστον κατὰ τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος τῆς Ἀττικῆς καὶ χειρὶ καὶ γνώμῃ διαπραξάμενον· ὁ δὲ τὸν λαμπρὸν διώκτην τῆς ἐνεγκούσης καὶ τῆς κατὰ πνεῦμα τιθηνοῦ ἐκκλησίας ὑβριστὴν καὶ ἐπίβουλον, καὶ τὴν χεῖρα κατ' αὐτοῦ πολλάκις ὁπλίσαντα, τοῖς φιλουμένοις εὐαγγελικῶς ἐγγράφων καὶ περιέπων ὡς πρόσφυγα, τὸν Σγουρὸν παρεβλέπετο. ὡς δ' οὐκ εἶχε καὶ πείθειν ταῖς σοφαῖς ταύταις ὑποθημοσύναις ἐκεῖνον τὸν θηριώνυμον, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ κατ' ἀσπίδα κωφεύουσαν ἑκόντι τὰ ὦτα πρὸς ταύτας ἑώρα βύοντα καὶ βέλη παντοδαπὰ τοῖς ἐπὶ τῆς ἀκροπόλεως ἀφιέντα, κατὰ τοῦ ἀνοσίου D καὶ αἰτίου τῶν φυομένων κακῶν ἅπαν ἀποτρόπαιον τραπέσθαι θεὸν ἱλασάμενος, τῶν τειχῶν ἄνωθεν κἀκεῖνος ἀνθίστησι μηχανήματα, καὶ τοῖς τείχεσιν ἐφίστησι τὸ βάλλειν ἐκ

4. ἀπαραίτητον καὶ om A. 9. ἄδικον καὶ om A. 11. τῆς Ἀττικῆς om A.

huiusmodi armis usus Michael precabatur ut inde recederet. Scurus vero non dissimulanter praetendens se vim posse facere, et tempora intueri iubens, quae pro viribus quemque agere monerent, cum omnium urbium princeps afflictissima esset, denique postulabat ut quidam adolescens ad necem sibi dederetur. quem etsi alius aliquis etiam non petenti libentissime dedidisset, ut semen iniquum et multis auctorem interitus, pessima quaeque et manu et consilio contra patriam machinari solitum, ille apertum patriae persecutorem et spiritualis nutricis ecclesiae violatorem et insidiatorem, cuius violentos conatus saepius et ipse expertus erat, in eorum numero habuit quos evangelice diligeret, neglectoque Scuro supplicem defendit. sed cum Leonem illum sapientibus hisce monitis placare non posset, aspidis in morem ultro aures obturantem et omnis generis tela in arcem coniicientem, orato deo ut in nefarium hominem et subnascentium malorum auctorem cladem omnem converteret, machinas et ipse in moenibus disponit, ibidemque sagittarios et funditores collocat. nam quid ille ad propulsandos hostes non effecisset, vir omni doctrina

χειρὸς δυνάμενον. καὶ τί γὰρ οὐκ ἂν διαπεπράχει τῶν πολεμίων εἰς ἀποσόβησιν ἀνὴρ ἥκων διὰ πάσης σοφίας καὶ παντοίαν μάθησιν λογικὴν ὡς οὐδεμίαν ἕτερος ἐπιών, ὅσαι τε θυραῖαι καὶ ὅσαι ἡμέτεραι; εἰ δ' ἠβούλετο, εἶχεν ἂν καὶ πῦρ ὕσειν ἐπ' ἀτασθάλους ἢ σφῆκας ἐπαφεῖναι τῷ στρατοπέδῳ, εἴτε τι ἕτερον ἐκείνοις ὀλέθριον αἰτήσασθαι θεόθεν καὶ λήψεσθαι· οὐδὲ γὰρ ἂν τὸ θεῖον ἐβράδυνεν, εἰ χεῖρες ὑψώθησαν ἐκεῖναι ἢ χεῖλη διήρθησαν ἐκεῖνα πρὸς θεοῦ ἐπίκλησιν. ἀπῆγε δ' αὐτὸν τοῦ τοιοῦτόν τι ὅλως διανοῆσαί τε καὶ διαπράξασθαι ὁ τοὺς υἱοὺς τῆς βροντῆς ἐπισχὼν τοῦ πῦρ ὑψόθεν P. 392 κατ~νεγκεῖν ἐν τῷ εἰπεῖν „οὐκ οἴδατε ποίου ἐστὲ πνεύματος." (9) .ιρὸς οὖν τοιοῦτον ἀντίμαχον, οὕτω μὲν ἴδριν τῶν τακτικῶν, οὕτω δὲ τὸν λόγον πολύν, οὕτω δὲ τὴν ἀρετὴν ἀπαράμιλλον, ὁ ἀντίπαλος Σγουρὸς ἀπειπών, καὶ γνοὺς ὡς εἰκῇ ταῖς τῆς ἀκροπόλεως ῥαχίαις διακυρίττεται, τὸν θυμὸν ἐκριπίζει κατὰ τῆς πόλεως ἧς οὐκ ἔσχε χειρώσασθαι τὴν ἀκρόπολιν, καὶ δὴ τοῖς οἰκοπέδοις ἐνίησι πῦρ, καὶ προνομεύει τῶν ζώων τὰ εἰς ζεύγλην καὶ δίαιταν ἐπιτήδεια. καὶ μεθ' ἡμέρας ἐκεῖθεν ἀπαναστὰς ταῖς Θήβαις προσβάλλει ταῖς ἑπτάπύλοις. καὶ ταύτας ὡς ἐξ ἐφόδου παραστησάμενος ἐπιτείνει πρὸς τὰ πρόσω τὸ πρόθυμον. οὐκοῦν Θερμοπύλας διιὼν καὶ τὴν Οἴτην ὑπερκαταβὰς εἰς Λάρισσαν ἔξεισι καὶ τῷ βασιλεῖ B Ἀλεξίῳ συγγίνεται (οὗτος γὰρ τῶν τοῦ βορρᾶ πλευρῶν κατασυρεὶς καὶ τῆς ἐν πόλεσιν ἀρχούσης ἐκσφαιρισθεὶς τοῖς

22. ὑποκαταβὰς A.

sacrarum et profanarum litterarum perpolitus summaque facundia ornatus? qui si voluisset, igni pluere super temerarios aut crabrones in exercitum immittere potuisset, aut aliquid aliud eis perniciosum divinitus impetrare. neque enim cunctatus esset deus, si manus ille sustulisset aut labia ad invocationem numinis aperuisset. sed a tali vel cogitatione, nedum facto, eum abduxit is qui filios tonitrui compescuit, ne ignem caelo elicerent, cum diceret „an nescitis cuius spiritus sitis?" (9) Scurus autem desperata victoria adversarii acie instruendae tam periti, tam diserti, tam incomparabili virtute praediti, et irrita oppugnatione rupium arcis intellecta, iram suam contra eam urbem extimulat cuius arcem expugnare non poterat, villas incendit, greges armentaque rapit. et post dies aliquot soluta obsidione Thebas oppugnat; quibus primo impetu captis, ulterius contendit, ac Thermopylis superatis per Oetam montem descendendo Larissae cum Alexio imperatore se coniungit. is enim a Septentrionalibus lateribus avulsus et urbe imperatrice excussus in Thessalica

Θετταλοῖς παρέβαλε Τέμπεσιν), ἐπὶ δὲ καὶ τῆς ἐκείνου θυγατρὸς Εὐδοκίας εὐνέτης γίνεται. αὕτη δὲ Στεφάνῳ συναφθεῖσα πρότερον τῷ ἀρχηγοῦντι τῶν Τριβαλλῶν παρὰ μὲν ἐκείνου ἐμβριθῶς ἀποπέμπεται, τὸ δὲ Βυζάντιον κατειληφυῖα εἰς γυναῖκα ἄγεται ὕστερον μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς πό-
V. 322 λεως καὶ τὴν ἐκ ταύτης ἀπονόστησιν Ἀλεξίῳ τῷ Δούκᾳ, ὃς ἐπωνομάζετο Μούρτζουφλος καὶ τὰ σκῆπτρα τῶν Ῥωμαίων λοῖσθος ἐνεχειρίσατο. πλὴν οὐδ' οὗτος ὁ Δούκας ἕως γήρως
C καὶ πρεσβείου τῇ Εὐδοκίᾳ συνῴκησεν· ὁ γὰρ ταύτης πατὴρ Ἀλέξιος, οὐκ οἶδ' ὅ τι παθών, σὺν δόλῳ τὸν ἄνδρα συνέ-
ληφε καὶ κακῶς ἐς τὰς κόρας διέθετο, πλάνης πλάνητα μισῶν κομιδῇ καὶ φυγὰς βασιλείας τῷ ἀποπεσόντι ταύτης ἀντικαθήμενος. μετ' οὐ πολὺν δέ τινα χρόνον τῆς πηρώσεως εἰς χεῖρας ἐμπεσὼν τῶν Λατίνων ὁ Δούκας εἰς τὸ Βυζάντιον ἀνακομίζεται, καὶ ὑπὸ δίκην ἀχθεὶς ὡς τὸν ἑαυτοῦ κύριον
καὶ βασιλέα συνειληφὼς καὶ τοῦ ζῆν ἐξαγαγὼν δι' ἀγχόνης ἀπελογήσατο μὲν ἐκεῖνον προδότην τῆς πατρίδος ὀφθῆναι καὶ ἀξίως τὰ εἰκότα παθεῖν, μὴ μόνῳ δέ οἱ ταῦτα διαπραχθῆναι ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσοι κατ' οἰκείωσιν καὶ γένος ἐκείνῳ
D συνήπτοντο. οἱ δὲ μὴ προσσχόντες οἷς εἴρηκεν, οὔτε μὴν οἷς ἔτι ὤδινεν εἰπεῖν τὰς ἀκοὰς ὁποσονοῦν ὑποσχόντες, καταψηφίζονται θάνατον τοῦ ἀνδρὸς καινότροπόν τε καὶ βιαιότατον. εἰς γὰρ τὸν ἐν τῷ Ταύρῳ ἱστάμενον ὑψιτενῆ κίονα τοῦτον ἀνενεγκόντες βάλλουσιν ἐκεῖθεν κάτω· ὁ δ' ἐπὶ πόδας μέχρι

17. ἀπελογίσατο A. 24. ἐπὶ πόδας] ὄρθιος B.

Tempe pervenerat. ac filiam illius Eudociam uxorem ducit, quae prius Stephano Triballorum duci nupta, ab eoque repudiata et Byzantium reversa, post captam urbem et desertam Alexio Ducae cognomento Murzuflo, qui Romanum imperium postremus invasit, nupserat. sed ne is quidem illam ad senectutem usque tenuit. nam Eudociae pater Alexius, haud scio qua re impulsus, dolo eum comprehensum luminibus orbavit, erro erroni infestissimus, et imperio deiectus simili calamitate conflictato inimicissimus. neque multo post excaecationem a Latinis comprehensus Ducas Byzantium reducitur, et ob dominum et imperatorem suum comprehensum et laqueo enectum in iudicium adductus, pro sui defensione attulit illum patriae proditorem extitisse et dignas suo scelere dedisse poenas. neque se unum id fecisse, sed et reliquos illius cognatos. verum illi spreta eius oratione, et iis quae adiungere cupiebat plane repudiatis, capitis hominem condemnant, novo et violentissimo supplicii genere. nam in altissimam columnam, quae in Tauro stat, perductum praecipi-

τινὸς κατιών, εἶτα ἀνατραπεὶς κατωκάρα καὶ μετὰ βραχὺ καταρραγεὶς δόχμιος διέρρηξεν οἰκτρότατα τὴν ψυχήν. τῇ γοῦν Εὐδοκίᾳ συναφθεὶς ὁ Σγουρὸς τοῦ μαρκεσίου τῇ Ἑλλάδι προσάγοντος αὐτός, ὡς μικρῷ πρόσθεν εἰρήκειν, τὸ ἐν Θερμοπύλαις ἐτήρει τέναγος καὶ τὸ ἐπικρεμάμενον ταύταις σκιόεν ὄρος καὶ ὑψικόρυμβον καὶ τἄλλ' ὁπόσα τὴν Ἑλλάδα δυσπρόσοδον τίθησιν. ἀλλὰ καὶ οὕτω κατὰ πᾶσαν εὐμάρειαν οἱ ἐκεῖσε τῷ μαρκεσίῳ ὑπέκυπτον ἀγεννεῖ καὶ καταβεβλημένῳ φρονήματι καὶ προσχωρεῖν ἀεί πως ἐγνωκοτι τοῖς κρείττοσι, καὶ ταῦτα μὴ στρατιὰν ἄγοντι μυριάριθμον μηδὲ συμβαίνουσαν ταῖς γνώμαις, ἀλλ' ἀσύμφωνον ἐν πλείστοις ὡς ἐκ πόλεων ἡλισμένην πολλῶν. ἐλάσας δὲ καὶ ἐπὶ τὴν Βοιωτίαν αὐτήν, ὡς οὐδέ τις ἐπανήκων οἴκαδε χρόνιος, ὑπὸ τῶν Καδμείων ἀσμένως προσδέχεται. προϊὼν δὲ κρατεῖ καὶ τῆς Ἀττικῆς, καὶ τῇ ἀκροπόλει φρουρὰν ἐγκαθίστησιν. εἶχε δὲ ὁ προεδρεύων ἱερατικῶς τῆς πόλεως, ὥσπερ Σγουρὸν πρότερον, οὕτω καὶ τότε μαρκέσιον ἀποπέμψασθαι· μὴ εἶναι δὲ δοκιμάζων καιρὸν ἀντιστάσεως, οἷα τῆς τῶν ὅλων βασιλίδος ἁλούσης, τῆς δ' ἐσπερίου καὶ ἑῴας ὑπὸ Ῥωμαίους λήξεως τὴν σκιὰν ὑπιούσης τοῦ Λατινικοῦ δόρατος, ἀναιμωτὶ τοῦ ἐρύματος ὑπεξίσταται. ἐπὶ πᾶσι δ' οὐδ' Εὔβοια γενναῖον βλέπει τι καὶ ἐλεύθερον, ἀλλὰ καὶ αὕτη χεῖρα προτείνει, καὶ

P. 393

B

5. ἐπικρ. ἐν τούτοις ὄρος τὸ δασὺ καὶ ὑψηλόν B. 11. ὡς ἐκ] καθότι ἦσαν ἀπὸ διαφόρων πόλεων περισυνάγματα B. 20. ἐπιούσης A.

tant. is vero aliquandiu in pedes descendens, deinde in caput subversus et humi allisus miserabiliter interiit. Scurus autem ducta Eudocia, marchione in Graeciam transituro, ut paulo ante dixi, Thermopylarum angustias et altum montem eis imminentem, caeteraque loca quae Graeciae aditum intercludunt, accurate custodiebat. verum nihilominus ille iis locis facillime potitus est ob nostrorum ignaviam ac degeneres abiectosque animos, subinde potentiores colere volentium; idque cum non magnum adduceret exercitum nec inter se consentientem, sed plerisque in rebus, quippe ex multis urbibus collectum, dissidentem. et cum ipsam Boeotiam invaderet, tam cupide susceptus est quam quisquam qui ex longinqua et diuturna peregrinatione domum revertitur. progressus etiam Attica potitur, et arci praesidium imponit. cum autem idem archiepiscopus, ut pridem Scurum, ita et tunc marchionem propulsare posset, tamen tempus a resistendo alienum esse ratus, quippe urbe imperatrice expugnata et tam Orientalibus quam Occidentalibus provinciis Latinae hastae umbram subeuntibus, citra dimicationem munitione cedit. postremo

τοῦ παλιρροθίου πορθμοῦ ταχύτερον μεθαρμόζεται, καὶ ὑποστρώννυσι τὴν διαβάθραν εὐροωτέρῳ τοῦ Εὐρίπου στρατεύματι, καὶ φρούριον δρᾷ δομηθὲν ἐπ' αὐτῷ γε δὴ τῷ πορθμῷ καὶ στρατιὰν ἰζάνουσαν ἔνδοθεν πρὸς τὸ ἀνάρρουν ἀναστοιβάσουσαν δήπουθεν τὰ τῶν Εὐβοέων ἀγχίστροφα διαβούλια καὶ τὸ τῆς γνώμης παλίμβολον ἐπισχήσουσαν. ἀλλὰ τί; προφθάνει μου τῶν λόγων τὸ βάρβαρον, καὶ τοῦ πτεροῦ τῆς ἱστορίας ταχυπετέστερον φέρεται, καὶ οὐδέ ποι ὡς ἀντίζουν ἐπέχεται. ἡ μὲν γὰρ ἔτι προνομεῦον αὐτὸ τὰς Θήβας C καὶ χειρούμενον Ἀθήνας, τῆς δ' Εὐβοίας ἐπιβαῖνον διέξεισι· τὸ δέ, ὡς μὴ πεζαίτερον ὂν ἀλλὰ πτηνὸν καὶ ἀέριον, ὑπερπτὰν τὴν ἱστορίαν χωρεῖ πρὸς Ἰσθμόν, τροποῦται τὸ πρὸ Ἰσθμοῦ προσεδρεῦον Ῥωμαϊκόν, πρόεισιν εἰς πόλιν πρὸς Ἰσθμῷ κειμένην καὶ πάλαι ἀφνειὸν τὴν Κόρινθον, μεθίσταται πρὸς Ἄργος, περιπαπταίνει τοὺς Λάκωνας, ἐς Ἀχαΐαν ἔνθεν προσβάλλει, ἐκ τοῦδε τὴν Μεθώνην μετέρχεται καὶ ὁρμᾷ πρὸς Πύλον τὴν πατρίδα Νέστορος, οἶμαι δ' ὡς Ἀλφειῷ V. 323 ἐπιστὰν ἀρύσεται τοῦ ῥείθρου καὶ λούσεται, καὶ μνήμην λήψεται παλαιοῦ χαρίεντος διηγήματος, καὶ μαθὸν τὸν ποταμὸν τῷ τῆς Ἀρεθούσης ὑγραινόμενον ἔρωτι, Σικελικῆς πηγῆς καὶ D παῖδας Ἰταλῶν ποτιζούσης, δέδια μὴ καὶ αὐτὸ τυραννῆσαν τὸ ὕδωρ γράψει καθ' ὑγρῶν καὶ δι' Ἀλφειοῦ τοῖς ἐκ τοῦ γένους ἐκεῖσε διασαφήσειε τὰ καθ' Ἑλλήνων ἀνδραγαθήματα.

4. ἀναστιβάζουσαν vel ἀναστοιβάζουσαν APW. 21. δέδιε APW.

Euboea quoque, omissa defensione, supplices ad marchionem manus tendit, et exercitui Euripo concitatiori pontem substernit; et in ipso freto castellum aedificatum, in eoque sedentem exercitum cernit, a quo mutabiles insularium animi et callida consilia a defectione coercerentur. sed quid meam orationem barbari antevertunt et historiae cursum occupant, nec ab ullo adversario detinentur? nam haec, ut Thebis spoliatis et Athenis occupatis in Euboeam transierint, adhuc refert: illi vero, non ut pedites sed ut aëriae volucres, alis supra historiam evecti, ad Isthmum tendunt, oppositum ibi Romanum exercitum profligant, urbem in Isthmo sitam locupletem olim Corinthum intrant. unde Argos transeunt; Laconiam pervagati impetum in Achaiam faciunt. inde Methonem petunt; ad Pylum Nestoris patriam contendunt. ad Alpheum etiam accessuros arbitror, ex eoque potos et lotos veterem iucundam fabulam audituros, fluvium eum Arethusae fontis Siculi, quem Italorum filii bibunt, amore liquescentem vereri ne suae aquae successus Latinorum et res quas contra Graecos gesserint inscriptas ad populares eorum perferre cogatur. verum, o Graece fluvie Alphee, latex per salsuginem manans potabilis, res

ἀλλ' ὦ Ἕλλην ποταμὲ Ἀλφειέ, ῥεῦμα ῥέον δι' ἅλμης πότιμον, ξενίζον ἄκουσμα, ἐμπύρευμα ἔρωτος, μὴ δὴ τὰ Ἑλλήνια δυσπραγήματα τοῖς ἐν Σικελίᾳ βαρβάροις διατρανώσειας, μηδ' ἔκπυστα θείης ὅσα οἱ ἐκ σφῶν ἐπιστρατεύσαντες Ἕλλησι καθ' Ἑλλήνων ἐμεγαλούργησαν, ἵνα μὴ χοροὶ στῶσι καὶ παιᾶνες ᾄσθωσι καὶ πλείους κατάρωσιν οἱ διάφοροι. βραχύ τι ἐπίμεινον· ἀλλοπρόσαλλος ἡ μάχη, πεττευτὰ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ νίκη ἐπαμείβεται ἄνδρας. οὐδ' Ἀλεξάνδρῳ φασὶ τὰ ἐπὶ πᾶσιν ἀπρόσκοπα, οὐδ' ἀδιάπτωτος ἡ τύχη παράπαν τοῦ Καίσαρος. ναὶ πρὸς αὐτῆς τῆς Ἀρε- P. 394
θούσης τῶν ἀνεπάφων ἅλμης φιλοτήτων καὶ τοῦ ἐρωτόεντος νάματος. ἀλλ' εἶεν. ὁ δὲ δὴ Σκουρὸς ἐπὶ τούτοις ἠπορηκώς, καὶ τὸ Ἄργος ὁρῶν ἐχόμενον καὶ τὰς περιοικίδας πόλεις συνειλημμένας, ὡς ἐς ἄντρον λάσιος θὴρ ἢ ὡς ὄφις ἑρπυστὴς εἰς χειὰν συσπειρᾶται τὸν Ἀκροκόρινθον· ὃ δέ ἐστιν ἡ τῆς πάλαι πόλεως Κορίνθου ἀκρόπολις, ἐπ' ἀνάντους ὄρους κειμένη καὶ δυσάλωτος τοῖς προσβάλλουσιν. ἀποκρουσθεὶς τοίνυν τοῦ Ἀκροκορίνθου μαρκέσιος, ἀλλὰ μηδὲ τὴν εἰς τὸ Ναύπλιον πάροδον ῥᾳδίαν θεώμενος διὰ τὴν τῶν ἐρυμάτων ἐχυρότητα καὶ τὴν τῶν ἀπομαχομένων ἰσχυρότητα, χρονοτριβεῖν ἐφ' ἑκατέροις προτίθησιν, ἐς δὲ τὸν Ἀκροκόρινθον καὶ φρού- B
ριον ἀντίθετον ἀνίστησιν, ᾗ μάλιστα ὁ χῶρος ἐπίμαχος κατεφαίνετο.

2. ἐμπύρευμα] φλὸξ ἀγάπης καὶ ἅναψις B. 8. καὶ νίκη] οὐδὲ ἡ νίκη ἀεί ποτε αὔξει B. 15. εἰς χειὰν] εἰσέρχεται εἰς τὴν αὐτοῦ φωλεάν B.

auditu mira, amoris incendium, cave Graecorum calamitates Siculis barbaris explices, aut commemores quantas res populares eorum contra Graecos gesserint, ne choreae ducantur, ne paeanes cantentur, ne plures hostes appellant. paulisper expecta. multae sunt belli vices; tesserae instar volvuntur res mortalium. nunc his nunc illis favet victoria; ne Alexandro quidem ferunt omnia successisse ex sententia, nec Caesaris fortuna caruit offensionibus. per ipsam Arethusam te obtestor, per amicitiam a salsedine intactam, per amatorium laticem. sed ut ad institutum redeam, Scurus his cladibus fractus, cum Argos et finitima oppida occupata esse cerneret, in Acrocorintho ut hirsuta bestia in antro aut ut draco in spelunca se abdit; quae veteris Corinthi arx est, in arduo monte sita, fere inexpugnabilis. quare marchio inde repulsus, cum Nauplium quoque haud facile expugnari posse cerneret ob castellorum munitionem, et defensorum constantiam, obsidionem utriusque loci ducere instituit; et ex adverso Acrocorinthi castellum aedificat, qua maxime oppugnari posse videbatur.

Ἦν ἂν οὖν τῶν Ῥωμαίων Ἀσιανά τε καὶ ἑσπέρια ὅρια μηδὲ τελείου ἔτους παριππευκότος τοῖς Λατινικοῖς ἀπαξάπασι γένεσι δουλοπρεπῶς ὑποκύψαντα (ἤδη γὰρ καὶ ὁ εἰς βασιλέα χρισθεὶς Βαλδουῖνος κατὰ Νικαίας καὶ Προύσης τὸ δόρυ διαγκοινήσασθαι προύθετο), εἰ μή γε ὁ βουλὰς ἀθετῶν κύριος, καὶ διασκορπίζων ἔθνη τὰ τοὺς πολέμους θέλοντα, ὑπέλαβεν ἡμιᾶς εἰς τέλος ἐκλείποντας. ὁ γὰρ δὴ φυγὰς βασιλεὺς εἰς ὄψιν τῷ μαρκεσίῳ ἐλθὼν ἄρτου μετρειτοῦ καὶ κοτύλης κεράσματος τὰ τῆς βασιλείας ἀνταλλάττεται σύμβολα, καὶ εἰς χῶρον τῇ τύχῃ φερώνυμον (Ἁλμυρὸς ὁ χῶρος κικλήσκεται) τὰς διατριβὰς τελέσων ἐκπέμπεται σὺν Εὐφροσύνῃ τῇ ὁμευνέτιδι. (10) οἱ τῷ βασιλεῖ τοίνυν συναποδράντες Ῥωμαῖοι (ἦσαν δὲ τούτων οἱ πλείους ἐπίσημοι τὸ γένος καὶ οὐκ ἄδοξοι τὰ πρὸς πόλεμον, καὶ πατρίδας τὰς ἐν Θράκῃ πόλεις αὐχοῦντες) ἤθελον συνεῖναι καὶ οὗτοι τῷ μαρκεσίῳ καὶ τὰ δυνατὰ ὑπουργεῖν· ὁ δὲ μὴ χρείαν φάμενος ἔχειν Ῥωμαίων στρατιωτῶν οὕτως αὐτοὺς ἀπεπέμψατο. τῷ βασιλεῖ δ' ἔπειτα Βαλδουένῳ περὶ τοῦ προσδεχθῆναί οἱ προτείνουσι δέησιν. ὡς δ' ἦσαν, ὅ φασι, καὶ πάλιν κενὴν ἄδοντες, τῷ Ἰωάννῃ προσῆεσαν, ὃς τραφεὶς ἐν τῷ Αἵμῳ καὶ γεννηθεὶς μικροῦ πᾶσαν τὴν ὑπὸ Ῥωμαίους ἑσπέριον ἐπικράτειαν διέφθειρε καὶ ἠφάνισε πολέμοις ἀπολικμῶν, Σκυθικαῖς ἐφόδοις ἐξερημῶν καὶ πολυτρόποις ἐκτρίβων κακώσεσιν. ὁ δὲ τούτους ἀσμένως προσ-

4. κατὰ] ἀπὸ (ἐπὶ?) τῆς νικαίας καὶ τῆς προύσης ἐξήρχετο B. 8. ἄρτον APW.

Ita Romanorum Asiani et Occidentales fines omnes, nondum integro anno elapso, Latinarum gentium armis serviliter cessissent (iam enim designatus imperator Balduinus etiam Nicaeam et Prusam oppugnare instituerat), nisi dominus, qui consilia irrita facit et gentes belli studiosas dissipat, nostri defensionem iam prorsus deficientium suscepisset. nam profugus imperator ad marchionem profectus panis et vini demenso imperii insignia commutat, cum Euphrosyna coniuge in locum nomine Halmyrum (hoc est salsuginosum) fortunae suae respondentem habitatum missus. (10) Romani autem qui cum imperatore aufugerant, quorum plerique nobiles, bello non obscuri et Thraciis urbibus orti erant, cum marchione degere eique pro virili operam navare voluerunt. ab eo vero dimissi (negabat enim sibi Romanis militibus esse opus) eadem de re Balduino imperatori supplicarunt, ibi quoque repulsam cum tulissent, ad Iohannem se conferunt, qui in monte Haemo natus et educatus fere omnem Romanam ditionem, qua Occidentem spectat, bellis vastabat et delebat, Scythicis incursionibus desolabat, et multiplici vexatione conterebat, is quia

δέχεται· ἦν γὰρ τὸ τῶν Λατίνων ἀγέρωχον φρόνημα ὑφορώμενος καὶ τὴν τούτων λύγχην ὡς φλογίνην ῥομφαίαν ὑποβλεπόμενος, ἐπεὶ καὶ περὶ φιλίας στείλας πρέσβεις οὐχ ὡς βασιλεὺς φίλοις ἀλλ' ὡς ὑπηρέτης δεσπόταις προσδιαλέγεσθαι σφίσιν ἐν τοῖς πρὸς αὐτοὺς ἐπετάττετο γράμμασιν, ἢ V. 324
μὴν ἀπεκδέχεσθαι σφᾶς κατ' αὐτοῦ τὰ ὅπλα βαστάζοντας καὶ κείροντας κατ' εὐπέτειαν τὴν Μυσίαν, ἣν μὴ δέον καρποῦται τοῖς κυρίοις Ῥωμαίοις ἐπαναστάς, κἀκεῖνον εἰς τὴν προτέραν τύχην ἐπαναλύοντας. διαφήσι τοίνυν ἐς τὰς πατρίδας ἐπανιέναι τοὺς ἐπήλυδας αὐτῷ Ῥωμαίους ὁ Ἰωάννης, καὶ δρᾶν ὅ δύνανται κακὸν τοὺς Λατίνους μετ' εὐμεθόδων P. 395
τῶν ἐγχειρήσεων, ἕως τὰ κατ' αὐτοὺς ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐκεῖνος διάθοιτο. ἐπανηκότες οὖν ἐς τὰ σφέτερα τὰς τῶν Θρᾳκῶν καὶ Μακεδόνων πόλεις διαφιστῶσι, συναιρομένων σφίσι τῶν Βλάχων. πλεῖστοι γοῦν ἐντεῦθεν τῶν τὰς πόλεις διανειμαμένων Λατίνων ἐς αὐτὸ ζημιοῦνται τὸ ζῆν, οἱ δὲ φυγάδες ἐς Βυζάντιον ἐπανήκουσιν. ἀλλὰ καὶ οἱ ἐν Διδυμοτοίχῳ διαχειρίζονται, καὶ οἱ ἐν Ὀρεστιάδι μετανάσται γίνονται. καὶ τοῦτο τὸ ἔργον ἐλευθεροῖ μὲν τὴν ἕω Λατίνων παρὰ πᾶσαν δόκησιν, ἐπανηκόντων εἰς τὸν καθ' ἑσπέραν πόλεμον, ἐκκρούει

1. ἦν γὰρ] ἐννοιάζετο γὰρ πάντοτε διὰ τοὺς φράγγους, καὶ ἐφοβεῖτο τὰ αὐτῶν κοντάρια ὡς φλογερὸν πῦρ. ὅθεν καὶ πρὸς αὐτοὺς ἀποκρισιαρίους ἔπεμψε περὶ εἰρήνης καὶ φιλίας. οἱ δὲ ἀντέγραψαν αὐτῷ οὐχ ὥσπερ βασιλέα φίλον αὐτοῦ γράφων, ἀλλ' ὡς αὐθέντης δοῦλον αὐτοῦ, καὶ ὥριζεν αὐτὸν βῖψαι τὰ ἅρματα καὶ τῇ βασιλείᾳ ὑποπεσεῖν, εἰ δὲ μή, κατ' αὐτοῦ μέλλωσιν ἐκστρατεῦσαι καὶ ἀποκαταστῆσαι αὐτὸν δοῦλον τῆς βασιλείας, καθὼς ἦν καὶ πρότερον. B.

Latinorum ferociam suspectam habebat eorumque hastam ut flammeam romphaeam reformidabat, libenter eos suscepit. qua de causa cum legatos de amicitia ineunda ad Latinos misisset, per litteras cum eis non ut rex cum amicis sed ut servus cum dominis colloqui iubebatur: alioqui se arma illi illaturos et Mysiam facile vastaturos, quam contra officium et per seditionem spretis Romanis occupasset, eumque ad pristinam fortunam redacturos. proinde Romanos ad se profugos Iohannes in patriam quemque suam abire iubet, et callidis aggressionibus Latinis nocere quantum possint, donec ipse fortunis illorum consulat. igitur ad sua reversi Macedonum et Thracum urbes, Blachis adiutantibus, ad defectionem impellunt. unde plurimi Latinorum, quibus eae urbes obvenerant, iugulantur, alii Byzantium extorres redeunt. occiduntur et ii qui Didymotichi erant; et qui Orestiadem tenebant, eiiciuntur. id facinus Orientem Latinorum bello praeter expectationem liberat, ad Occidentem redeun-

δὲ τοῦ ἄγαν καὶ πρὸς βραχὺ μετριόφρονας τίθησι τοὺς κα-
B τασχόντας τὴν Ἑλλάδα καὶ τὸ Πέλοπος ἔδαφος. καὶ ἵνα καθ' εἰρμὸν τῷ λέγειν δοίημεν ὅπόσα ἐνθένδε ξυμβέβηκε, Ῥωμαῖοι μὲν τὴν ἐξ Ἀδριανοῦ τὴν κλῆσιν λαχοῦσαν καί γε τὸ Διδυμότοιχον κρατοῦντες κατὰ χώραν ἔμενον, οὐ μικρὰν ἀπὸ τῶν Βλάχων σύναρσιν ἔχοντες· ὁ δέ γε Ἰωάννης τὰς οἰκείας τάξεις καὶ τὸ ἐκ Σκυθῶν ἐπίκουρον ἐπαγόμενος, μηδ' ἀριθμῷ σχεδὸν ὑποπῖπτον, λεληθέναι τὰ πολλὰ τοὺς Λατίνους ἐτίθει διὰ σπουδῆς. ὡς δ' εἶχε τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐνστισάμενος ἐπανάστασιν ὅ τε βασιλεὺς Βαλδουῖνος καὶ ἡ τῶν ἄλλων ἀρχηγῶν τριττὺς (ὁ γὰρ δὴ κόμης τοῦ ἁγίου Παύλου ἀπεγεγόνει θανάτῳ, καὶ τέθαπται κατὰ τὴν μονὴν τῶν Μα-
C γάνων ἐν τῷ τῆς σεβαστῆς τῆς Σκληραίνης μνήματι), ἐκ μὲν τοῦ αὐτίκα στέλλεται στρατιὰ τὰς πόλεις μετελευσομένη τὰς ἀποστάσας· Βιζύη μὲν οὖν καὶ Τζουρουλὸς ἐπανήλθοσαν καὶ ὡς πρώην ὑπέκυπτον· τὴν δὲ πολισθεῖσαν Ἀρκαδίῳ κενωθεῖσαν εὗρον τοῦ ἐν πλούτῳ καὶ δόξῃ λεώ. νυκτὸς δ' ἐπιθεμένων σφίσι Ῥωμαίων, οἷς ἡ πόλις ἥδε πατρὶς καὶ οἳ συνελήλυθασι τούτοις ἐπίκουροι, πρῶτον μὲν ἡσύχασαν ἐν ὅπλοις γενόμενοι, καὶ πρὸς φρουρὰν τὰ τείχη διείλοντο· ὑποφαυσάσης δὲ τῆς ἕω Ῥωμαίους κατασκεψάμενοι μήτε πα-

γ. τὸ ἐκ Σκ.] τὴν τῶν κομάνων συμμαχίαν B. 8. λεληθέναι] μετὰ κλεψίας ἐδοκίμαζε τοὺς φράγγους πολεμῆσαι B. 16. τὴν δὲ πολισθ.] τὴν δέ γε ἀρκαδιούπολιν ἔρημον εὑρόντες ἀπό τε τοῦ τοπικοῦ λαοῦ καὶ τοῦ πλούτου καὶ τῆς δόξης αὐτῆς μόνον δὲ ἐν ταύτῃ ηὑρίσκοντο οἱ διὰ νυκτὸς εἰσελθόντες ῥωμαῖοι, οἵτινες πατρίδα ταύτην εἶχον τὴν πόλιν, φέροντες καὶ συμμαχίαν πρὸς βοήθειαν αὐτῶν, ἵνα τὸ κάστρον φυλάξωσι. καὶ διεμερίσθησαν εἰς τὰ τοῦ κάστρου τείχη φυλάττειν αὐτό. B. 18. οἳ] οἷς APW.

tium; et eos etiam qui Graeciam et Peloponnesum occuparant, repressa superbia paulo modestiores facit. et ut ea quae hinc acciderunt ordine referamus, Romani qui Adrianopolim et Didymotichum tenebant, non parvis Blachorum freti auxiliis ibi manebant. Iohannes vero, qui suas copias et auxilia Scytharum pene maiora numero adducebat, operam dabat ut Latinos lateret. ut autem motum Romanorum Balduinus et reliqui tres duces audiverunt (nam comes sancti Pauli defunctus in Manganio monasterio et Scleraenae Augustae monimento sepultus erat), statim exercitum mittunt contra urbes quae defecerant. ac Byzia quidem et Zurulus statim sub iugum redierunt. Arcadiopolim vero locupletibus et nobilibus civibus vacuam soli Romani noctu ingressi, quibus urbs ea patria erat, tenebant, auxiliis etiam ad eam tuendam adductis et in moenia distributis. cum dilu-

ρατάξει μήτε μὴν μεθόδοις χρωμένους στρατηγικαῖς, ἀλλ' οὐδ' ἐς ἀκρίβειαν ὡπλισμένους, συντεταγμένην τὴν δύναμιν ὡς ἐς μάχην ἐξάγειν ἐγνώκεσαν. ὡς δ' ἀπήντων αὐτοῖς Ῥω- D
μαῖοι μετὰ θάρσους τοῖς τείχεσιν ἐπεγχρίπτοντες (ᾠοντο γὰρ δειλίαν τὴν τῶν Λατίνων ἀσφάλειαν), διεκχέονται τῶν πυλῶν καὶ σφισι συμπλέκονται, καὶ πρὸς μικρὸν ἀντισχόντες Ῥωμαῖοι τρέπονται, καὶ γίνεται τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἐλεεινὸν καὶ οἰκτιστον θέαμα· μηδενὸς γὰρ λαβόντες οἱ Λατῖνοι φειδώ, κατὰ δὲ πάντων τῷ ξίφει χρησάμενοι, τὴν γῆν ἐπίαναν αἵ-
μασι, καὶ τῶν πεσόντων οὐδεὶς ὅσιας τετύχηκε. ταυτὶ μὲν οὖν ἡ προεξιοῦσα δέδρακε στρατιά· οὐδὲ γὰρ περαιτέρω χωρεῖν τεθάρρηκε, Ῥωμαίων μὲν καὶ Βλάχων μετὰ μοίρας Σκυθικῆς περιιόντων, τῶν δ' ἄλλων ἐς τὴν Ἀδριανοῦ συν-
δραμόντων ὡς εἰς σῶζον κρησφύγετον. κατὰ δέ γε μῆνα τὸν Μάρτιον ἔξεισιν ὁ βασιλεὺς Βαλδουῖνος καὶ ὁ Πλέης κό-
μιης Δολοΐκος, ἐπὶ δ' αὐτοῖς ὁ δοὺξ Βενετίας Ἐρίκος Δάν-
δουλος, μετὰ τῶν οἰκείων ἕκαστος τάξεων. ἀμέλει καὶ κα-
τειληφότες τὴν Ἀδριανοῦ, καὶ βαλόντες ἐκεῖσέ πη στρατήγιον P. 396
ἐς ὅσον μὴ εἶναι βέλους ἐντός, τῇ ὑστεραίᾳ τὰς δυνάμεις προσῆγον τῷ τείχει καὶ ἵστων τὰς μηχανάς. τῶν δ' ἐντὸς ἀμυνομένων εὐρώστως, οὐδέν τι πλέον ἐφ' ἡμέραις ἑπέραι-

1. μεθόδῳ χρωμένους βασιλικῇ A. 3. ὡς δ'] οἱ ῥωμαῖοι δὲ μετὰ θάρσους ὑπήντουν αὐτούς. ἐμακρύνοντο δὲ ἀπὸ τοῦ τείχους οἱ φράγγοι. ὑπολαβόντες δὲ οἱ ῥωμαῖοι ὅτι διὰ δειλίαν καὶ φόβον ὑπομακρύνουσιν, ἐξέρχονται ἀπὸ τῶν πορτῶν καὶ τούτοις συμπλέκονται B. 8. οἱ Λατῖνοι om A. 13. τῶν δ' ἄλλων] κατάντημα καὶ ἀκοὐμβισμα τὴν ἀδριανούπολιν ἔχοντες B. 16. ὁ δολεΐκος B. 18. καὶ βαλόντες] καὶ χάρακα στρατήγιον βάλλοντες ὅσον μὴ σώζειν σαγίταν B.

xisset, Latini Romanos nec aciem militarem habere nec ulla bellica disciplina uti, atque adeo nec satis armatos esse conspicati, ad pugnam se pararunt, longius digressi a moenibus. eam Latinorum cautionem Romani timiditati tribuentes, portis effusi et temere invecti, paulo post in fugam vertuntur. ac eo die miserabile et atrox spectaculum editur. nemini parcitur, caeduntur omnes, insepulti abiiciuntur, sanguine pinguescit humus. haec praecursor exercitus fecit. nec enim ulterius progredi ausus est, cum Romani et Blachi cum Scythicis cohortibus circumirent, caeteri vero Adrianopolim concurrerent tanquam in certum asylum. imperator vero Balduinus mense Martio egreditur, et Pleae comes Doloicus, et post eos Ericus Dandulus Venetiarum dux cum suis quisque legionibus. et vallo extra teli iactum ad Adrianopolim communito, postridie copias ad moenia adducunt et machinas erigunt. urbanis autem strenue se defendentibus per

V. 325 νον πλείοσι τοῦ βάλλεσθαι καὶ βάλλειν διὰ τὴν τῶν τειχῶν ἐχυρότητα. οὐκοῦν τὰ βάθρα τῶν τειχῶν ἀνεμόχλευον, ἀφανῶς ὑποσαλεύειν τὰ τείχη πειρώμενοι, ἐς ὅτι μήκιστον ὑπονομεύοντες καὶ τὸν χοῦν λεληθότως ἀναφέροντες καὶ ὑπερείσματα ἐκ ξύλων εὐπρήστων ταῖς ὀρυγαῖς ἐφιστῶντες, καὶ πολυχειρίᾳ τὸ ἔργον ἀνύοντες. ἦσαν δὲ καὶ Ῥωμαῖοι πρὸς ταῦτα διατεχνώμενοι τὰ τῇ πόλει σωτήρια. ἀλλ' οὔπω συ-
B χνοὶ περίππευσαν ἥλιοι, καὶ μοῖραν διαφεὶς ὁ Ἰωάννης Σκυθικοῦ στρατεύματος τοῖς ζώοις τῆς διαίτης καὶ τοῖς ὀχήμασιν ἐντέλλεται προσβαλεῖν, ἃ περὶ τὸ στρατόπεδον τῶν Λατίνων τὰ χλωρὰ τῆς ὕλης ἐδρέποντο, διὰ τοῦ μεθοδεύματος γνῶναι βουλόμενος ὁποῖα τὰ τῶν πολεμίων εἰσὶ διαβούλια καὶ ὅπως τὰς εἰς πόλεμον ἐκτάσεις τιθέασιν. οἱ δὲ καὶ πρὸς τὴν πρώτην τῶν Σκυθῶν θέαν ἐνθουσιώδους πλησθέντες ὁρμήματος πρὸς τοῖς ἵπποις καὶ τοῖς δόρασι γίνονται. καὶ οἱ μὲν τῆς ἐπὶ Σκύθας κατὰ κράτος εἴχοντο, οἱ δὲ τὰ νῶτα μεταβαλόντες συντόνου δρασμοῦ ἥπτοντο, ἐς τοὐπίσω τὰ βέλη πέμποντες καὶ μηδ' οὕτω τοῦ φεύγειν προτροπάδην ἐπιλαθόμενοι· οἱ δὲ ἐπέκειντο καὶ οὕτως διώκοντες, κἂν οὐδὲν ἧττον πτηνώδεσι καὶ κούφοις διὰ τὴν ὅπλισιν ἀνδράσιν ἐφε-
C πόμενοι. καὶ τοιοῦτον μὲν πέρας τὰ τῆς τόθ' ἡμέρας εἴληφεσαν· ἐκ δὲ τούτου Ἰωάννης μὲν τὸ οἰκεῖον στράτευμα

9. τοῖς ζώοις] πρὸς τοὺς ξύλα καὶ χόρτον συνάγοντας τῶν Λατίνων ἔπεμψεν B. 12. τὰ τῶν πολεμίων] τὰ τῶν φραγγων βουλεύματα καὶ τὴν στρατείαν αὐτῶν ὅπως διάκεινται πρὸς τὸν πόλεμον B. 13. ἐκτάξεις Fabrotus. 16. οἱ δὲ] οἱ κόμαροι δὲ στραφέντες καὶ τοξεύοντες ἐξόπισθεν ἔφευγον μηδ' ὅλως γυρίζοντες ἢ μόνον σαγίτας πρὸς τὴν τάξιν αὐτῶν σύρροντες B.

dies complures non aliud proficiebant nisi ut telis et peterent et peterentur. itaque vineis, multitudine operarum freti longissime actis, egestaque clam terra et cavernis aridis lignis suffultis, moenium fundamenta hostibus non animadvertentibus labefactare studuerunt. sed et Romani contra ea parabant quae urbi essent salutaria. nec multis diebus post Iohannes partem Scythici exercitus impetum facere in pecudes et equos in herbidis pratis iuxta Latinorum castra pascentes iubet, ut ea ratione hostium concilia et militarem disciplinam exploraret. hi vero ad primum Scytharum conspectum furioso quodam ardore concitati, hastis arreptis et equis conscensis, Scythas invadunt, qui tergis obversis continenter fugiunt, retro sagittas coniicientes, ac ne sic quidem fuga interrupta. illi vero acriter persequuntur, quamvis nihil proficerent, pene volucribus ob levem armaturam viris instando. et hic eius diei fuit exitus. ex eo Iohannes cum

ἔχων αὐλῶσιν ἐνελόχα καὶ φάραγγας ὑπεδύετο καὶ τόποις ἐπηρμένοις εἰς γήλοφα παρεδύετο, μηδ' εἰ πάρεστιν εἰδέναι σπεύδων τοὺς ἀντιπίπτοντας, ἐκ δὲ τῆς Σκυθίδος φάλαγγος ἦς ὁ Κοτζᾶς ἡγεμύνευεν, αὖ πάλιν ἐπελαύνειν τῷ στρατοπέδῳ τῶν Λατίνων διαφῆκε συχνούς, καὶ ταὐτὰ τοῖς πρότερον δρᾶν ἐγκελεύεται, κἀκείνης ἔχεσθαι τῆς πορείας ἐπαναστρέφοντας ἧς καὶ πρότερον εἶχοντο. οἱ δὲ ὡς τοὺς Σκύθας αὖθις θεάσαιντο, πρὸς σπουδὴν καὶ αὐτίκα μάλα καθοπλισάμενοι καὶ ὑπὲρ τὴν ἔναγχος εὐρώστως ἐπέκειντο, τὰ δόρατα σείοντες, κἀπὶ τὸ μᾶλλον τὸν δρόμον ἐπέτεινον. ὡς δὲ τὸ Σκυθικὸν προῆγεν εὐπετῶς, τὰ πολλὰ μηδὲ τοξεῦον ὄπισθεν, ὡς μὲν κούφως ἐσταλμένον, ὡς δὲ καὶ δρομικωτέροις ἵπποις ὀχούμενον, ἔλαθον εἰς πλεῖστον ὅσον οἱ Λατῖνοι ἐξιππασάμενοι καὶ τῶν χωρίων ἁψάμενοι ἀμαθῶς ἐν οἷς αἱ πάγαι καὶ οἱ λόχοι καὶ τὰ ἔνεδρα διεσκεύαστο. ἀμέλει καὶ Σκυθικοῖς ἀκμῇσι περιπεπτωκότες στρατοῖς αὐτοὶ τῆς ὁδοῦ τῇ συντονίᾳ ἐκτονωθέντες καὶ λαμπρῶς ἤδη σφίσι τῶν ἵππων ἀποκναισάντων, ἐν μέσῳ ἀπολαμβάνονται· οἱ γὰρ Σκύθαι ὡς ἐς κύκλωσιν αὐτοὺς περιήεσαν. οἱ δέ, ὡς ἐν χερσὶν ἦν ὁ ἀγών, τῷ πλήθει τῶν Σκυθῶν βιαζόμενοι ἀνετρέποντο τῶν ἵππων, πολλῶν ἕνα περιιόντων, καὶ δρέπανα καὶ βρόχους ἐδέχοντο κατὰ τῶν αὐχένων οἱ σκληροτράχηλοι, καὶ τὸ χρῆμα τῶν ἵππων κατηκίζετο· ὡς γὰρ μέλαν νέφος καὶ συνεχὲς τῶν Σκυθῶν ἐπεισπεπτωκότων οὔτε ἵππων ἐξελιγμοῖς χρήσασθαι

1. ἔχων αὐλῶσιν] κατακρύψας εἰς τόπους ἐγκρυματώδεις καὶ λογγώδεις B. 21. δρέπανα] ἐδεσμοῦντο ἀπὸ σφονδύλου B.

suis copiis angustias et fauces subit, et post altos colles delitescit, in id intentus, ne suam praesentiam nossent hostes. et rursus e Scythica phalange cui Cozas praeerat, complures in castra Latinorum mittit, hortatus ut priores imitarentur eademque via reverterentur. Latini Scythis denuo visis, rursus festinanter armati maiori quam dudum contentione hastas in eos vibrant et cursum intendunt. sed cum Scythae facile anteverterent, ut et leviter armati et expeditoribus equis insidentes, ac nullas fere sagittas retro emittentes; Latini per imprudentiam longissime provecti in ea loca, in quibus laquei et insidiae erant, et in recentes Scythicas cohortes inciderunt, et ipsi et equi iam contentione itineris plane fatigati, et in medio Scytharum circumventi sunt. quorum multitudine, cum ad manus ventum esset, oppressi equis deturbantur, multis singulos invadentibus; et durae cervicis homines falces et laqueos in colla recipiunt, equi occiduntur. tanquam enim atra et perpetua nubes, ita Scythae irruebant, ut neque explicare sese neque diffugere possent. cecide-

εἶχον οὔτε διαφυγὰς δρᾶν. ἔπεσον οὖν ὁπόσον τοῦ Λατινι-
P. 397 κοῦ στίφους ἐπίλεκτον καὶ ταῖς τῶν δοράτων ἀγκοινήσεσι περι-
ώνυμον. πίπτει δὲ καὶ ὁ τῆς Πλέης κόμης Δολοΐκος. ὁ
δὲ Βαλδουῖνος χειροῦται καὶ ζωγρίας εἰς Μυσίαν ἀπάγεται,
κἀκεῖθεν εἰς Τέρνοβον κομισθεὶς εἱρκτῇ παραδίδοται καὶ δε-
σμὰ ἕως τραχήλου ὑφίσταται. τὸ δ' ἀρχαιότατον καὶ πο-
λυτροπώτατον κακόν, καὶ τῶν ἀπευκταίων πάντων Ῥωμαίοις
πρωτουργὸν αἴτιον, ὁ τῆς Βενετίας δοὺξ Δάνδουλος, ὕστα-
τος ἐλαύνων κἀκ τῶν φυγάδων τὴν τοῦ στρατεύματος ἧτταν
ἐνωτισάμενος, ἐκ τοῦ αὐτίκα μεταστρέψας τὰ χαλινὰ ἐς τὸ
στρατόπεδον φέρεται. ὡς δὲ καὶ νὺξ ἐπῆλθε (περὶ γὰρ δεί-
λην ὁ πόλεμος γέγονε), φῶτα εἰσενέγκασθαι ταῖς σκηναῖς
ἐπισκήπτει καὶ πλείστους αἴρειν πυρσοὺς εἰς ἔμφασιν τοῦ μὴ
B πᾶσαν ἐκτριβῆναι τὴν στρατιὰν μηδὲ σφᾶς ἀποδειλιᾶσαι τὸν
πόλεμον. περὶ δὲ πρώτην φυλακὴν τῆς νυκτὸς ἀναστὰς ἐκεῖ-
θεν εἰς τὴν παράλιον ἵκετο Ῥαιδεστόν, καὶ συμμίξας Ἔρρῃ
V. 326 τῷ τοῦ Βαλδουίνου κασιγνήτῳ ἄρτι ἐξ Ἀτραμυττίου ἐπανή-
κοντι μετὰ τῶν ἐκ Τροίας Ἀρμενίων, οἵπερ αὐτῷ συνεστρά-
τευον, ἐς τὸ Βυζάντιον ἐπανέζευξε, διερρηγμένος τὸν στή-
μονα τῶν ἐντέρων τοῖς πολλοῖς παρασάγγαις οὓς ἐν τῷ φεύ-
γειν διίππευσε, καὶ διφθηκὼς ἐπὶ μέγα τὸν κυλινδροφύλακα
θύλακον.

5. τρίνοβον B. εἱρκτῇ] φυλακίζεται καὶ ἅλυσιν ἐν τῷ τρα-
χήλῳ καὶ σίδηρα εἰς τοὺς πόδας βάλλεται B. 12. φῶτα] φω-
τίας μεγάλας καὶ ἱστίας ἔταξεν εἰς ὅλον τὸ στρατόπεδον ἐξάψαι B.
15. περὶ δὲ πρώτην] περὶ δὲ ὥραν δευτέραν τῆς νυκτὸς B.
19. διερρηγμένος] πάσχων τὰ ἔντερα τῆς κοιλίας αὐτοῦ καὶ τὰ
αὐτοῦ μόρια σπασθέντα ἀπὸ τοῦ πολλοῦ πόνου καὶ κόπου
καὶ τῆς συντόνου φυγῆς B.

runt igitur omnes lectissimi Latinorum equites et hastis vibrandis celebres. cadit et Pleae comes Doloicus. Balduinus vero capitur et vivus in Mysiam abducitur; atque inde Ternobum perductus et in carcerem coniectus vinculis usque ad collum oneratur. principale vero et callidissimum malum et omnium Romanarum cladium primus auctor, Venetiae dux Dandulus, qui extremum agmen claudebat, clade exercitus ex fugientibus cognita statim conversis fraenis in castra properat; et ut nox supervenit (nam praelium sub vesperam est commissum), lumina in tentoria inferri et plurimas pyras incendi iubet, ut Romani putarent non omnem exercitum periisse aut se pugnam detrectare. circa primam noctis vigiliam maritimam Rhaedestum cum Errico Balduini fratre, modo Adramyttio cum Troianis Armeniis reverso, qui sub eo militabant, congressus Byzantium rediit, intestinis fuga tot parasangarum ruptis et scroto in immensum tumefacto.

11. Ῥωμαῖοι δ' ἐπὶ τούτοις, ὅσοι τῇ Κωνσταντίνου προσέμενον, τῷ δέει τοὺς ὀδόντας ἐβάμβαινον, ἔτι προκειμένου ἔχοντες ὀφθαλμοῖς τὸν κατὰ σφῶν ἐκξιφισμὸν τῶν Λατίνων καὶ τὴν διαρπαγὴν τῶν προσόντων, ἃ κατ' οὐδένα δί-
5 καιον λόγον ὑπέστησαν μετὰ τὴν ἐκ τῆς πόλεως ἄπαρσιν Βαλ- C
δουίνου, πέμπτην ἄγοντος καὶ εἰκοστὴν τοῦ Μαρτίου μηνός, τῆς τότε τρεχούσης ὀγδόης ἰνδικτιῶνος, τοῦ ἐξακισχιλιοστοῦ ἑπτακοσιοστοῦ τρίτου καὶ δεκάτου ἔτους. ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς ἔτι παροικοῦντες τῇ Σηλυβρίᾳ τὰ τῶν κακῶν ἔσχατα εἰκάζομεν
10 πείσεσθαι, τὴν τῶν Δαονιτῶν ἀναίρεσιν ἐκ γειτόνων οὖσαν μόνον οὐκ ἐπόψιον ἔχοντες, καὶ παρὰ πόδας τοὺς σφαγέας θεώμενοι τὴν Σηλυβρίαν εἰσιόντας ξιφήρεις καὶ τὰς ἡμῶν ἀγκαλίδας καὶ τὰ ῥάκια προνομεύοντας. δεκὰς μὲν οὖν ἐπὶ δυάδι τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς ἐνειστήκει, τῆς ἑβδόμης ἰνδι-
15 κτιῶνος, τοῦ ἐξακισχιλιοστοῦ ἑπτακοσιοστοῦ δωδεκάτου ἔτους, καὶ ἡ βασιλὶς πόλις πρὸς Λατίνων κεχείρωται· τῇ δὲ πεντεκαιδεκάτῃ τοῦ αὐτοῦ μηνός, τῆς ὀγδόης ἰνδικτιῶνος, ὑπὸ Σκυθῶν Λατῖνοι κατηγωνίσθησαν. ἀλλὰ τίνα τὰ ἐφεξῆς; D
ἕτερα μάστιξ στιλβοῦται Ῥωμαίοις, βαρύστονός τις καὶ πο-
20 λυσύμφορος. ὁ γὰρ Μυσὸς Ἰωάννης, ἐχθρὸς ἅμα καὶ ἐκδικητὴς Ῥωμαίοις δεικνύμενος, ἐκδίδωσι τοῖς Σκύθαις εἰς προνομὴν ὅσαι κωμοπόλεις τῷ Βυζαντίῳ ἐγγίζουσαι φόρους τοῖς Λατίνοις εἰσέφερον. καὶ ἦν ἰδεῖν ἀλλότροπόν τι κακὸν καὶ ἀσύνηθες καὶ πᾶσαν ὑπερπαῖον θεοκίνητον μάστιγα. τὴν γὰρ
25 αὐτὴν γῆν καὶ τὸ αὐτὸ ἔθνος ἐδῄουν γένη διττά, πῇ μὲν

11. Romani vero, qui adhuc in urbe erant, prae metu dentes quatiebant, etiamnum velut intuentes Latinorum contra se strictos gladios et direptionem bonorum; quibus rebus post Balduini discessum nulla iusta ratione afflicti erant, mensis Martii die XXV, indictione VIII anni VI MDCCXIII. sed et nos adhuc Selybriae inquilini extremas clades expectabamus, Daonitarum vicinorum interitum tantum non in conspectu habentes, et evestigio percussores strictis ensibus Selybriam ingredientes, et fasciculos nostros et pannos diripientes. imperatrix urbs XII die Aprilis, indictione VII anni VI MDCCXII a Latinis capta est: XV die eiusdem mensis, VIII indictione, Latini a Scythis victi sunt. sed quid secutum est? aliud flagellum atrocissimum et calamitosissimum emicuit. nam Iohannes Mysus, idem Romanorum hostis et vindex, oppida Byzantio vicina Latinis tributaria Scythis diripienda concedit. ibi novum et inusitatum malum, quod omne divinitus inflictum supplicium superat, erat cernere. terram eandem, eandem gentem bini populi infestabant, alias utrique, alias alternis irruentes. nam et Scythae obvia quaeque va-

ἑκάτερα πῇ δὲ θάτερον παρὰ θάτερον ἐπεισπίπτοντα. Σκύθαι τε γὰρ τὰ ἐν ποσὶν ἐπιόντες ἔκειρον καί τινας τῶν κάλλει διαπρεπῶν αἰχμαλώτων μετὰ μαστίγωσιν τοῖς ἑαυτῶν ἐπέθυσαν δαίμοσιν ἀναρτήσαντες, καὶ Λατῖνοι τῇ κατὰ σφῶν ἐπαναστάσει Ῥωμαίων καὶ τῷ πρὸς Σκυθῶν ἡττηθῆναι δια-
P. 398 πριόμενοι οὐδὲν ἔλαττον Ῥωμαίους ἐδῄουν. οὐδεὶς τοίνυν τόπος σώζων ἦν καὶ λυτρούμενος, ἠπείρου μὲν κακῶν ἀμείρων πληθούσης καὶ τῶν ὀλεθρίων οὔσης ὀλεθριωτέρας, μονοκρότων δὲ σκαφῶν καθ' ἅλα περιπλεόντων Λατινικοῦ συντάγματος, λῃστείᾳ τε καὶ πειρατείᾳ κακῶς τιθέντων τὸ ὄθεν οὖν ἀναγόμενον. ὁ δὲ Ἰωάννης ταῖς Θρᾳκίαις μὴ ἐμβραδύνας πόλεσιν ἐς Θεσσαλονίκην ἴεται, πρὸς τὸ δοκοῦν ἐκείνῳ τὰ ἐκεῖσε καταστησόμενος πράγματα, καὶ τὰς πόλεις ἀποστήσων τῶν Λατίνων καὶ μεθαρμόσων πρὸς ἑαυτόν. οὐκοῦν ἀφιγμένος εἰς Σέρρας μετὰ τῶν ἐκεῖσε Λατίνων συρρήγνυσι πόλεμον, καὶ μεθ' αἱμάτων ῥεύσεις πολλὰς καὶ τούτων νικητὴς ἀναδείκνυται. οἱ γὰρ Λατῖνοι τῷ σφετέρῳ τε ἀκριβεῖ πρὸς τὰς μάχας καὶ τῷ τῆς αὐτεμβολῆς ἑτοίμῳ τὸν Ἰωάννην
B δεξάμενοι πολλοὺς τῶν ὑπ' αὐτὸν κατέτρωσαν· μετ' οὐ πολὺ δὲ ἡττηθὲν τὸ Λατινικὸν καὶ πρὸς τὴν πόλιν τὰς Σέρρας τραπόμενον οὐκ ἔφθη συγκλεῖσαι τὰς Σέρρας, καὶ εἴσω τῶν τειχισμῶν συνεισπίπτουσιν οἱ τῶν φευγόντων ὄπισθεν φερόμενοι Βλάχοι τε καὶ Ῥωμαῖοι. καὶ οὕτως ἡ πόλις εἵλετο. εἶτα ἡ μὲν ἦν ἐν πυρὶ καὶ τῇ τῶν τειχῶν καθαιρέσει, τὸ δὲ

5. τῷ] τὸ APW.

stabant, et aliquot forma excellentes captivos post flagra suspensos suis daemonibus immolabant; et Latini Romanorum defectione et Scytharum de se victoria inflammati nihilo secius in nostros ferro et igni grassabantur. nec ullus locus erat qui auxilium et salutem afferre posset, cum terra continens malis infinitis redundaret, ipsa pernicie perniciosior; et Latinorum piraticae naves mare pervagantes. quicquid e portu undecunque solveret, male tractarent. at Iohannes Thraciis urbibus non immoratus Thessalonicam properat, ut suo arbitratu provinciam illam constitueret et urbes a Latinis avulsas sibi vendicaret. igitur Serras profectus cum Latinis qui ibi erant pugnam committit, et eos quoque, sed cruenta victoria superat: nam Latini et disciplina militari freti et Iohanni fortiter obviam egressi multos eius milites caeciderunt. sed non multo post cum victi et ad urbem Serras conversi essent, antequam portas clauderent, Blachi et Romani, qui fugientibus instabant, una irruperunt. urbs ita capta et incensa est et moenia diruta; qui comprehensi fuere, abducti e:

συλληφθὲν ἐν ἀπαγωγαῖς καὶ δεσμοῖς. τοῦ δὲ Λατινικοῦ στρατεύματος ὁπόσον μὴ κατὰ τὸν πόλεμον ἀπεγένετο, ὃ μὲν ὡς ἑκάστοις προυχώρει σέσωστο, ὃ δὲ τῆς ἄκρας λαβόμενον ἔνδον ἐπέμενε. τῇ δ' ὑστεραίᾳ περιελθὼν τὴν ἄκραν ὁ Ἰωάννης τοῖς ἐς αὐτὴν ξυμφυγοῦσι Λατίνοις παραδοῦναί οἱ τὸ χωρίον καὶ σώζεσθαι διακηρυκεύεται. οἱ δὲ οὐδὲν ἐφρόνουν ἐνδόσιμον, τὴν ἀπὸ τοῦ μαρκεσίου καραδοκοῦντες σύναρσιν. καὶ ἐν τούτῳ κλίμακας ὁ Ἰωάννης ηὐτρέπισε, καὶ κατὰ λόφον ἀντικείμενον τῇ ἄκρᾳ μεγίστην ἐπιστήσας ἐλέπολιν τὰ τείχη ἔτυπτεν. οἱ δ' ἐπὶ τῆς ἄκρας ὁπόσα τῶν τειχῶν ἀμυντήρια προπετάσαντες καὶ προεκτείναντες ἐπέμενον ἀνθιστάμενοι. ἐπεὶ δὲ θεάσαιντο τὸν Ἰωάννην ὡς ἐν πυρὶ τειχισμῷ τὴν ἄκραν διειληφότα παντὶ τῷ στρατεύματι καὶ πᾶσαν ἀποκλείσαντά σφισι πάροδον ὡς μηδὲ ποσὶ δύνασθαί τινα κλέψαι τὴν εἰς τὸν μαρκέσιον ἄφιξιν, ἐνδοῦναί οἱ τὴν ἄκραν ἤθελον, εἴ σφισι σπένδοιτο καὶ συγχωροίη τὴν ἔξοδον ἀπαθῶς, ὡς ὅπλων καὶ τῶν ἵππων ἔχουσι. τοῦ δὲ μηδ' ἄκροις ὡσὶ τὰς ἐπὶ ταῖς συνθήκαις ταύταις παραδεξαμένου σπονδάς, αἰτοῦνται τὴν εἰς τὰ σφέτερα ἤθη μεθ' ἡγεμόνων ὁδοῦ μέχρι τῶν Παιονικῶν ὁρίων ἀπόπεμψιν. καὶ ὡς προύβησαν ἐπὶ τούτοις ὅρκια, ὁ μὲν εἶχε τὴν ἄκραν, οἱ δ' ἀκίνδυνον τὴν ἔξέλευσιν.

A V. 327 B C D

3. τῆς ἄκρας] κάστρου τοῦ λεγομένου κουλᾶ B. 4. περιελθὼν] ἔξωθεν σταθεὶς τοῦ κουλᾶ B. 7. post σύναρσιν B: περὶ γὰρ τὴν Θεσσαλονίκην ἐκεῖνος ἦν. 8. καὶ κατὰ] καὶ ἐς τὸν καταντικρὺ τοῦ κουλᾶ ἕτερον βουνὸν κείμενον ξύλα στήσας μηχανικὰ τὰ τείχη ἔκρουεν. B. 12. ἐπεὶ] ὡς δὲ εἶδον τὸν Ἰωάννην τοσαύτην ἀσφάλειαν περιποιήσαντα ὡς μηδέ τινα ἔχειν ἄδειαν ἐξελθεῖν. B. an forte ὡς ἐμψύχω τειχιμῷ? an ὡσεὶ περιτειχισμῷ? 19. μεθ' ἡγεμόνων] μετὰ καὶ προβόδου B.

vincti. ex Latini exercitus reliquiis alii, ut quisque potuit, saluti suae consuluerunt, alii arcem occuparunt. quam postridie circumiens Iohannes Latinis, si eam dederent, incolumitatem promisit. qui cum marchionis freti auxiliis eam postulationem aspernarentur, scalas parat, et in tumulo quodam e regione arcis machina maxima collocata moenia ferit. Latini vero depromptis omnibus iis quae ad defensionem usui essent repugnabant, donec Iohannem muro velut igni et omni exercitu totam arcem circumdedisse et omnem sibi exitum interclusisse viderunt, ut nec pedes ullus clam ad marchionem pervenire posset. tum vero ea conditione deditionem facere voluerunt, si sibi cum armis et equis tuto discedere liceret. quam illo prorsus repudiante, postulant duces sibi domum reversuris attribui usque ad Pannoniae fines. sic foedere icto ille arcem occupavit, hi citra discrimen abierunt.

1. στῖφος] φοσσάτον B. 19. ἀγροί. περιβόλια. βρῦσαι ψυχραὶ τρέχουσαι καὶ ἡδονὴν χοριαίνουσαι τοὺς βλέποντας. λουτρά. κρῆνα. ἄνθη. κῆποι. ἀναπαύσεις. δένδρα εὔκαρπα. ἀμπελοπερίβολα. καὶ ἁπλῶς ὅσα πρὸς εὐφροσύνην καὶ τέρψιν τῶν ἀνθρώπων εἰσίν. καὶ τὴν γῆν εὐμορφοῦσι καὶ καλλωπίζουσι, καὶ τὸν ἡμέτερον βίον κοσμοῦσι καὶ εὐφραίνουσι B.

deficiente materia, restincto ardore. huc accedebat quod passim fama vagabatur, Latinum exercitum in re bellica exercitatissimum obsessis auxilio venturum esse. tunc Iohannes Camaterus patriarcha, qui post exilium Didymotichi inquilinum agebat, vitam cum levi morte commutavit.

15. Latini vero se a Didymotichinis et Adrianopolitanis accersi haud gravatim accipientes, quod inde res suas meliores fore arbitrabantur, cum illarum defectio primum spes et conatus eorum infregisset, Cpoli digressi principio ad Athyram castra ponunt, postridie Selybriam intrant, et aliquot diebus ibi exactis et commeatu praeparato Adrianopolim occupant.

Quae autem Scythae et Blachi in illis incursionibus perpetrarent, ea huiusmodi erant qualia nec visa unquam nec audita sunt, nec cuiquam in mentem venerunt. urbes ante maximae et celebres et frequentissimae, oppida spectatu digna, agri et prata amoenissima, horti pulcherrimi, perennibus rivis fecundi, altae domus, habitatio-

V. 335 φιλοτεχνημέναι καὶ χρώμασι πολυειδέσι διηνθισμέναι, παντοδαπαί τε χάριτες βαλανείων καὶ καρποβριθεῖς ἡμερίδες καὶ λήϊα τῷ σίτῳ ἀκμάζοντα καὶ ἄλλ' ἕτερα μυρία, ὁπόσα φύουσιν ὧραι καὶ τὸν ἡμέτερον βίον ἀγάλλουσι καὶ τιθέασιν ἐπιτερπὲς καὶ πάσαις χάρισι περιστεφὲς καὶ πολυάρατον τὸ περίγειον, ταῦτα δὴ πάντα ἔρημα ἀνθρώπων ὁρώμενα ἐχί-
C νοις μόνοις καὶ θηρίοις οἰκήσιμα ἦν. εἶπεν ἄν τις ἐπιστὰς ἐκείνοις καὶ πλεῖστα κοψάμενος καὶ δάκρυ χεάμενος καὶ κόνιν πασάμενος καταστροφὴν ὁρᾶν τοῦ παντός, ἢ γοῦν τῶν ὄντων ἑτέραν παραγωγήν, καθ' ἣν μὲν ὁ θεὸς ἀπεφαίνετο χόρτον καὶ βοτάνην καὶ σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος τε καὶ καθ' ὁμοιότητα ἐκ τῶν λαγόνων τῆς γῆς ἀναδίδοσθαι, ὁ δ' ἄνθρωπος οὔπω ἦν ὁ τούτοις χρησόμενος. πόθεν ἂν ἐπλούτησα γλῶτταν εἰς τοσούτων κακῶν διαρκῆ καὶ φιλότιμον ἀπαρίθμησιν, ἢ φωνῆς μέγεθος διαπεμπούσης τοῖς πόρρω-
D θεν τὰ γραφόμενα; ὡς δυστυχὴς ἐγὼ συγγραφεύς, οἵοις κακοῖς ἐταμιευόμην, οἵοις ἐμοῖς τε καὶ τῶν φυλετῶν δυσπραγήμασι τὸν λόγον χαρίζομαι. τίς γὰρ ἂν καὶ σχοίη ὅλως ὑπενεγκεῖν τοιαῦτα θεώμενος τρόπαια πρὸς τῶν πολεμίων ἀνεγειρόμενα; οἱ μὲν γὰρ πάλαι τῆς μάχης κρατοῦντες, ἀνθρώπινα φρονοῦντες οὐδ' ἀθάνατα μίση τηρεῖν δοκιμάζοντες, διὰ ξύλων καὶ βραχέων λίθων ἀνίστων τρόπαια, ὅπως ὀλίγον χρόνον διαμεμενηκότα παρέρχηται, ὡς μηδὲ φιλίας ὑπο-

10. μὲν δ] immo δ μὲν.

nes conspicuae, summo artificio constructae et variis coloribus exornatae, venustissima lavacra, uvis onustae vites, arva segetibus gravida, et alia sexcenta quae tempus producit, quaeque vitam nostram ornant et terram iucundam, gratiis affluentem et optabilem reddunt, ea omnia hominibus vacua, echinis et feris tantum latibula praebebant. quae qui videret, cum maximo eiulatu et fletu, capite pulvere consperso, diceret se destructionem universi cernere, aut novam illam rerum naturam, qua iussit deus gramina et herbas et prolificum semen pro cuiusque genere et similitudine ex terrae visceribus gigni, cum nondum esset homo qui eis uteretur. unde mihi lingua suppetet ad iustam et copiosam tantorum malorum enumerationem? aut magnitudo vocis, quae scripta haec ad longe remotos transmittat? o me miserum scriptorem, quibus cladibus describendis supersum? quanta mea et meorum popularium mala commemoro? quis talia tropaea ab hostibus erecta saltem intueri sustineat? nam olim qui praelio vicerant, humanae conditionis memores nec immortalia odia conservanda esse rati, tropaea ex parvis lignis et saxis constituebant, ut exiguo temporis intervallo abolerentur,

μνήματα ὄντα ἀλλ' ἔχθρας καὶ προχύσεως αἱμάτων ἐμπυρεύματα. νυνὶ δὲ πόλεων κατασκαφαὶ καὶ τοῦ παντὸς ἀφανίσεις δείγματα τῆς νίκης πρὸς τῶν βαρβάρων ἐξεύρηνται, οἷς θεόθεν εἰς μαστίγωσιν ἐκδεδόμεθα. οὐκ ἀνεχόμενοι δὲ εἰ μὴ καὶ τὸν κολοφῶνα τῶν ἀτοπημάτων προσεπιθήσουσι καὶ προσεπάγωσι τὰ παλαμναιότατα, καί γε τῶν Ῥωμαίων τινὰς συγκατέχωσαν ζῶντας τοῖς ἢ φυσικῷ μόρῳ ἢ καὶ νόμῳ πολεμίῳ P. 409 καταστρέψασι τὸ ζῆν ὁμοφύλοις ἐκείνοις, συνεντυμβεύσαντές σφισιν ἱππάρια δρομικὰ οἷς ἐπεκάθηντο καὶ τόξα κερουλκὰ καὶ ἀμφήκη φάσγανα, μὴ ὄντος λυτρουμένου μηδὲ σώζοντος. οὕτω παρὰ βαρβάροις οὐ φειδώ τις καὶ συστολὴ τῶν ἀνομοίων τῇ φύσει πράξεων. ἦσαν δ' ἡμέραι πασχάλιοι, τῆς ἐνάτης διιππευούσης ἐπινεμήσεως, τοῦ ἐξακισχιλιοστοῦ ἑπτακοσιοστοῦ τετάρτου καὶ δεκάτου ἔτους, ἡνίκα τὰ οἰκτρὰ ταῦτα καὶ πᾶσαν ἀκοὴν καὶ θέαν δεινὴν ὑπερπαίοντα συνηνέχθησαν. παιάνων τοίνυν καὶ στεναγμάτων ξύμπας ἐπεπλήρωτο χῶρος ὃν ἐπῆλθε τὸ Σκυθικόν, καὶ θρῆνος καὶ οὐαὶ καὶ κλαυθμὸς τὸν B ἦχον ὑπερεφώνει τὸν ἑορτάσιμον. καὶ ὅτε τάφων κένωσις καὶ ᾅδου καθαίρεσις καὶ τὰ ἐκ νεκάδων ἀνεγερτήρια τοῖς εὐσεβοῦσιν ἤδετο, τότε εἰς κενθμῶνας γῆς καὶ τὰ τοῦ ᾅδου ζοφερὰ καὶ φοβερὰ σκηνώματα κατὰ συνόδους αἱ πόλεις καθίεντο. τὰς δ' ἀπαγωγάς, τὰς δὲ προνομάς, τὴν δ' ἐναπερριμμένην ταῖς τριόδοις ἄωρον ἡλικίαν καὶ τοὺς διαξιφισμοὺς

12. τῆς ἐνάτης] κατὰ τὴν ἐννάτην τοῦ ἀπριλλίου μηνός B.

quippe non amicitiae monumenta, sed inimicitiarum et caedium irritamenta. nunc vero eversiones urbium et rerum omnium vastitates indicia victoriae a barbaris sunt reperta, quibus divinitus flagellandi concessi sumus; qui non ferendum esse rati, nisi colophonem immanitati suae imponerent et atrocissima scelera adiungerent, aliquot Romanos vivos (neque enim quisquam erat qui eos vel redimeret vel conservaret) cum popularibus suis vel naturali morte defunctis vel bello caesis terra obruerunt, sepultis una equis velocibus, quibus insederant, corneis arcubus et ancipitibus gladiis. ita barbari a rebus naturae contrariis nulla reverentia, nullo metu deterrentur. cum haec miserabilia spectacula, quae omnem verborum atrocitatem superant, ederentur, paschales dies erant, indictione IX anni VI MDCCXIIII; et omnis locus quem Scythae pervagabantur, et hymnis et suspiriis erat plenus. lamentationes et eiulatus festivarum cantionum sonum superabant. cum sepulcrorum evacuatio, inferni destructio et a mortuis resurrectio a piis hominibus celebrabantur, tum in recessus telluris et inferni caliginosa et horribilia tabernacula urbes catervatim detrudebantur. abductiones vero, direptiones,

τῶν προηκόντων χρόνῳ σωμάτων τίς οὕτω πολύδακρυς καὶ πολύθρηνος ἐν ἀνθρώποις ὡς ἀξίως καὶ πενθῆσαι καὶ δεξιώσασθαι δάκρυσι; πρὸ δὲ τῆς ἐπιδρομῆς τῆσδε τῆς Σκυθικῆς περὶ τὰ Θρᾳκικὰ πεδία κορωνῶν καὶ κοράκων στρατόπεδα, ἃ μὲν ἀπὸ μερῶν τῶν βορείων ἃ δ' ἐκ τῶν νοτίων, κατὰ
C ἐξαισίαν τινὰ καὶ μὴ αὐτόματον συνδρομὴν εἰς ἕνα συνελήλυθότα χῶρον ἀλλήλοις συνέρραξαν, καὶ κατευμεγεθήσαντες οἱ κόρακες τὰς τῶν ἐκ νότου κολοιῶν ἐτρέψαντο φάλαγγας.

Οὐ μόνον δὲ τὰ Θρᾳκῶα ὁ δαίμων ἀντιπεριέστησεν εἰς
V. 336 τοιαύτην ἀθλιότητα, καὶ πειρασμῶν μὲν ἀνερράγη θάλασσα, κακῶν δ' ἀνηκέστων κλυδώνιον ἔζεσε καὶ συμφορῶν ἀνερριπίσθησαν λαίλαπες, ἀλλὰ τὰ καθ' ἑσπέραν οὐ πρὸς ἔλαττον ἔπασχον. Ἀθήνας μὲν γὰρ καὶ Θήβας καὶ Εὔβοιαν καὶ τὰ περὶ Μεθώνην καὶ Πάτραν σπεῖρα Καμπάνων καὶ Λατίνων εὐσύνοπτος ὡσεὶ καὶ κτήσεις διενείμαντο πατρῴας. οἱ δὲ σφῶν δεσπόζοντες πρότερον ἐν προπηλακισμῷ καὶ ἀτιμίᾳ ἠκείχοντο σφίσι μᾶλλον καθυποκύπτειν ἢ νυγμόν τινα λαβεῖν
D ἐς ψυχὴν καὶ ὑπὲρ ἑαυτῶν καὶ τῶν τέκνων ἀγωνίσασθαι, μήτ' αὐτόθεν εἰς ἐλεύθερον παροξυνθέντες φρόνημα, μήτ' ὀψέ ποτε νοῦν ἔχειν ἀρξάμενοι. εἰσὶ δ' οἳ καὶ εἰς ὁλοσχερῆ φιλοκαισάρειαν κατὰ τῆς ἑαυτῶν πατρίδος ὑπεκκαέντες ἀνδραποδώδεις ἄνθρωποι, τρυφῇ καὶ ταῖς ἄλλαις ἀπονοίαις διεφθαρμένοι, ὀχυρωμάτων καὶ φρουρίων ἀποτόμων λαβόμενοι, οἱ δὲ καὶ πόλεων

5. ἃ μὲν ἀπό] τὰ μὲν ἀπὸ τῆς δύσεως ἐρχόμενα τὰ δὲ ἐξ ἀνατολῆς B. 8. τὰς τῶν ἐκ] τὰς ἐξ ἀνατολῶν κορώνας B. 18. τῶν om A.

immaturae aetatis in triviis abiectiones et senilium corporum dissectiones, quis omnium mortalium ita lacrimis et luctu abundat, ut satis lugere et deplorare queat? ante hanc Scythicam incursionem circa Thraciae campos cornicum et corvorum legiones, aliae a Septentrione aliae ab Austro, fato quodam, non fortuito casu, in unum locum congregatae pugnam commiserunt. sed corvi magnitudine corporum phalanges meridionalium cornicum in fugam verterunt.

Neque vero Thraciam duntaxat fortuna in huiusmodi clades, afflictionum mare, extremorum malorum fluctum et calamitatum turbinem coniecit, sed nec Occidentalium conditio fuit melior. nam Athenas Thebas Euboeam Methonem Patras cohors Campanorum et Latinorum non magna tanquam patrimonium divisit. qui vero iis locis prius imperabant, illis cedere cum derisu et ignominia quam extimulatis animis pro semet ipsis et liberis pugnare maluerunt, neque statim libero spiritu concepto, nec vel sero tandem ad saniorem mentem reversi, erant etiam qui ambitione contra patriam prorsus

εὐτειχίστων ἐπιβάντες, κακοδαίμονας τυραννίδας περιεβάλοντο, καὶ δέον φιλεχθρεῖν Λατίνοις, οἱ δ' ἀντωφθάλμουν ἀλλήλοις καὶ Λατίνοις τὸ καινὸν ἐσπένδοντο. ὁ μὲν γὰρ Σγουρὸς Λέων Κόρινθον διεῖπε καὶ Ναύπλιον, ὡς καὶ ἔμπροσθεν ἐρρέθη μοι· ὁ δὲ Χαμάρετος Λέων τῆς κοίλης κρατῶν Λα- P. 410
κεδαίμονος τύραννος ἦν τῶν Λακώνων. Αἰτωλίαν δὲ καὶ τὰ τῇ Νικοπόλει προσοριζόμενα, καὶ ὅσα πρόεισιν ἐς Ἐπίδαμνον, ὁ Μιχαὴλ ἰδιώσατο, ὃν ἐκ σπερμάτων σκοτίων ὁ σεβαστοκράτωρ ἐφύτευσεν Ἰωάννης. ὁ δὲ μαρκέσιος Βονιφάτιος τῇ Θεσσαλονίκῃ προσεδρεύων ὑποκειμένην εἶχεν ἑαυτῷ τὴν ἐς Ἅλμυρὸν ὑποκειμένην ἀγχίαλον πᾶσαν, καὶ πεδίων ἤρχετο Λαρισσαίων, καὶ μετελάγχανε τῶν φόρων ὁπόσαι ἔξ Ἑλλάδος καὶ τῆς νήσου τοῦ Πέλοπος εἰσεπράττοντο. ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ ἄλλος τις τὰ Θετταλίας κατέχων μετέωρα, ἃ νῦν μεγάλη Βλαχία κικλήσκεται, τοπάρχης ἦν τῶν ἐκεῖ. εἰς τοσαύτας δὲ τυραννίδας διαιρεθείσης τῆς ἑσπέρας τί μὲν τῶν B
καλῶν οὐκ ἀπῆν, τί δὲ τῶν κακῶν οὐ παρῆν; χρημάτων ἀφαιρέσεις, τῶν θρεψαμένων ἐκτοπίσεις, σφαγαὶ καὶ φυγαὶ καὶ μυρία πρὸς τούτοις ἄλλα δεινά, ὧν τὰ πλείω οἱ ἐκ Ῥωμαίων ἐπετόλμων τύραννοι, μάλιστα δ' ἁπάντων ὁ Σγουρὸς Λέων, ὃς οὐδὲ τῆς γειναμένης εὖ ποιῶν ἐφείσατο, ἀλλὰ καὶ τῷ τῆς μητροπόλεως Κορίνθου ἀρχιποίμενι Νικολάῳ σπεισάμενος καὶ τὰς πρώην διχονοίας διαλυσάμενος, καὶ σύσσιτον

3. ἐσπέχθετο APW. 12. ἦρχε τῶν?

inflammati, servilibus ingeniis homines, deliciis et luxu corrupti, munitionibus et praeruptis castellis aut munitis urbibus occupatis infelices tyrannides constituerent; et cum Latinorum inimicitiae expetendae essent, alii aliis insidiantes, cum illis colluderent et nova pacta inirent. nam Leo Scurus Corinthum et Nauplium, ut supra dixi, gubernabat; Chamaretus Leo, qui Lacedaemoni dominabatur, Laconum tyrannus erat. Aetoliam et confinia Nicopolis et quae ad Epidamnum vergunt, Michael Iohannis sebastocratoris nothus filius sibi vendicavit. Bonifacius vero marchio Thessalonicae degens omnem maritimam oram, quae infra Halmyrum est, et Larissaeam planitiem tenebat, et vectigalia Graeciae et Peloponnesi percipiebat. praeter hos alius toparcha Thessaliae montana, quae nunc magna Blachia dicitur, tenebat. Occidente in tot tyrannides distracto, quid boni non aberat, quid mali non aderat? pecuniarum ereptiones, relegationes, caedes, exilia, mala denique infinita, quorum maxima ex parte Romani tyranni auctores erant, et Scurus Leo omnium maxime, qui, recte sane, patriae quoque suae non pepercit. idem cum Nicolao Corinthiorum archiepiscopo reconciliata gratia virum eum

οὕτω τὸν ἄνδρα παρειλημφώς, τὸ μὲν σῶμα συνέστιος ἦν, τὸ δὲ φρόνημα δυσμενὴς ὁποῖος καὶ πρότερον, ὅθεν τὰς κόρας αἱμάξας εἶτα καὶ κατὰ σκοπέλων ἀφῆσι.

C 16. Κατὰ δὲ τὴν ἕω Προυσαῖοι μὲν καὶ Νικαεῖς Λυδοί τε καὶ οἱ Φιλόμολποι καὶ Σμύρνη καὶ Ἔφεσος καὶ τὰ μεταξὺ τούτων κείμενα Θεοδώρῳ προσανεῖχον τῷ Λάσκαρι. ὁ δὲ καὶ νῆας μακρὰς τεκτηνάμενος τὰς πλείους τῶν νήσων ὑπηγάγετο. σπεισάμενος δὲ καὶ τῷ Καϊχοσρόῃ τῷ τοῦ Ἰκονίου σουλτάνῳ, μέρος ἀπένειμε τῆς ἀρχῆς τῷ κηδεστῇ ἐκείνου Μανουὴλ τῷ Μαυροζώμῃ· τὸ δὲ ἦν ἐμοῦ τοῦ συγγραφέως Νικήτα πατρὶς αἱ Χῶναι καὶ ἡ ἀγχιτέρμων ταύτῃ Φρυγικὴ Λαοδίκεια, καὶ εἰς ὅσα περικλᾶται Μαίανδρος ἀπερυγγάνων ὃς ἅλα τὰ νάματα. Λαβὶδ δὲ καὶ Ἀλέξιος οἱ ἐξ υἱέος φύντες τοῦ Ῥωμαίων τυραννήσαντος Ἀνδρονίκου (Μανουὴλ ἐκείνῳ τὸ ὄνομα) ὁ μὲν τὴν κατὰ Πόντον Ἡράκλειαν καὶ Παφλαγόνας διεῖπεν, ὁ δ' Ἀλέξιος Οἰναίου τε καὶ Σινωπέων D τῆς πόλεως καὶ Τραπεζοῦντος αὐτῆς τὴν δυναστείαν περιεζώννυτο. τὴν δ' Ἀττάλου διῴκει τις ἕτερος, τὴν κλῆσιν Ἀλδεβραντῖνος, ἐξ Ἰταλῶν μὲν τὴν γένεσιν ἕλκων, ἀκριβῶς V. 337 δ' ἐντεθραμμένος τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἔθεσι. καὶ τῇ Ῥόδῳ τῇ νήσῳ ἄλλος τις ἐπρωτίστευε. καὶ δέον ὠμονοηκότας προβουλεύσασθαί τι καὶ καταπράξασθαι προφυλακτικὸν μὲν τῶν μήπω κακῶς πεπονθότων τῆς πατρίδος μερῶν, ἀνακτητικὸν δὲ τῶν ἡλωκυιῶν πόλεων, οἱ δὲ εἰς δοξομανίαν ἐκτραχηλισθέν-

suae mensae adhibuit, et corpore illi coniunctus animo aeque ac prius ab eo abhorrebat. unde illum prius effossis oculis, postea de rupe praecipitavit.

16. In Oriente porro Prusaei, Nicaeenses, Lydi, Philomolpi, Smyrna, Ephesus, et interiecta oppida Theodoro Lascari parebant, qui etiam longis navibus fabricatis plerasque insulas subegit, et pace cum Iconii Sultano Caichosroe facta partem imperii Manueli Maurozomae illius socero concessit. ea pars erat Chonae, mei scriptoris Nicetae patria, et huic finitima Phrygiae Laodicea, et alia loca quae fluvius Maeander anfractu suo complectitur, donec in mare exonerat. David vero et Alexius fratres, Manuele Andronici Romanorum tyranni filio nati, alter Ponti Heracleam et Paphlagoniam gubernabat, alter Alexius Oenaeum et Sinopen urbes et ipsam Trapezuntem tenebat. Attaliae alius quidam dominabatur, nomine Aldebrandinus, natione Italus, sed Romanorum institutis probe educatus. item Rhodus alium principem habebat. enimvero cum de communi sententia et deliberandum et agendum esset, de patriae partibus nondum afflictis conservandis et de expugnatis urbibus in integrum restituendis,

τες καὶ καλεῖσθαι τύραννοι θέλοντες καθ' ἑαυτῶν ὡπλιζον τὰς χεῖρας, βακτηρίαν καὶ νῆψιν, εἰπῇ δ' ἄν τις καὶ πανοπλίαν καὶ τρόπαιον ἐξ ἐφόδου τοῖς τῶν Ῥωμαίων πολεμίοις τῷ διχονοεῖν ἀλλήλοις καὶ διεστάναι βραβεύοντες. ἦν οὖν P. 411
τοῦ βουλομένου παντὸς ἐκ τοῦ τῶν Λατίνων πολυσπεροῦς συντάγματος τὰ γραφικὰ ταῦτα ἐπᾴδειν Ῥωμαίοις ἐπιστρατεύοντος „διώξας καταλήψομαι, μεριῶ σκῦλα, ἐμπλήσω ψυχήν μου, ἀνελῶ τῇ μαχαίρᾳ μου, κυριεύσει ἡ χείρ μου." πολλοὶ τοίνυν μέτριον συγκροτήσαντες πόλεμον καὶ ἱππότας βραχεῖς μισθωσάμενοι, Ῥωμαϊκαῖς κατεκολπίζοντο νήσοις ὡς πάντῃ πάντως ἐρημαζούσαις τοῦ ἐπαρήξοντος. ὅθεν πειραταί τινες Γενουῖται, περιψήματα ἀνδρῶν καὶ ἀμβλώματα, οὐ κατὰ τοῦτο μέν τινος ὑπερφέροντες κατὰ δ' ἐκεῖνο τὰ δεύτερα φέροντες, ἀλλ' ἁπανταχῇ πονήρως πράττοντες καὶ δυσδαιμόνως, στρογγύλων πέντε νηῶν εὐπορήσαντες καὶ σκάφη τρίκροτα κατηρτικότες πρὸς τοῖς εἴκοσι τέσσαρα ἐς τὴν Κρήτην B
διαπλωΐζονται· καὶ πλασάμενοι τοὺς ἐμπόρους, εἶτα ἐπιθέμενοι ὡς πολέμιοι, τῆς νήσου ξυμπάσης κατίσχυσαν εὐμαρέστατα. τότε καὶ ὁ κρατῶν Ἰκονίου Καϊχοσρόης κατὰ τῆς Ἀτταλίας ἐστράτευσεν, αὐτοβοεὶ τὴν πόλιν ἐλεῖν φανταζόμενος ὡς οὐχ ἱκανὴν οὖσαν ἑαυτὴν διασώσασθαι. τὴν δ' ἐκείνου ἔφοδον προεγνωκότες ὅ τε πολίαρχος Ἀλδεβραντῖνος καὶ οἳ σὺν αὐτῷ τοῖς κοινοῖς ἐπεστάτουν πράγμασι, πέμψαντες εἰς Κύπρον συμμαχίαν ἐκεῖθεν εἰλήφασι πεζικοῦ στρατεύμα-

illi ambitione praecipites et tyrannici nominis affectatione caeci inter sese digladiabantur; quibus dissensionibus et rixis hostibus summam occasionem primo impetu Romanos evertendi suppeditabant. unde cuivis Latinarum gentium, quarum tanta multitudo et varietas est, quae Romanos oppugnatum ibat, illud ex sacris litteris usurpare licebat „persecutus comprehendam, spolia dividam, explebo animum meum, occidam gladio meo, dominabitur manus mea." itaque multi mediocri manu collecta et exiguo equitatu conducto in Romanos insulas se insinuabant, quippe omni auxilio destitutas. et piratae quidem Genuenses, homines vilissimi et abiectissimi, nec in una re primarii, in alia vero secundarii, sed ab omni parte miserrimi et infelicissimi, V rotundis navibus et XXIV triremibus comparatis per mercaturae speciem in Cretam traiecerunt, deinde insulares hostiliter aggressi totius insulae facillime sunt potiti. tunc etiam Iconii princeps Caichosroes Attaliae arma intulit, inani spe urbis primo impetu capiendae concepta, ut quae ipsa tueri sese non posset. verum eius consilio cognito, Aldobrandinus urbis dominus et eius in administranda re publica socii per legatos a Cypriis auxilia Latinorum peditum

τος, ἐς διακοσίους ἀριθμουμένην Λατίνους. καὶπειδήπερ εἰς χεῖρας ὁ πόλεμος ἐγεγόνει καὶ περιειλῆφε τὴν πόλιν τὸ Περσικὸν στράτευμα, οἱ ἐκ Λατίνων εἰς φάλαγγα πυκνωθέντες καὶ τοῖς Πέρσαις ἐποφθέντες ἀπρόοπτοι τοῖς Ἀτταλεῦσιν ἐπήμυναν, καὶ οὕτω τῶν βαρβάρων καταστάντων ἐς δέος ἔκ τε τοῦ σφῶν στρατεύματος πολλοὶ διαφθείρονται καὶ Καϊχοσρόης ἐκεῖθεν μεθίσταται, μὴ πλείους ἡμερῶν τῶν ἐκκαίδεκα περὶ τὴν Ἀττάλου βαλὼν στρατόπεδον. ἀλλὰ καὶ Θεόδωρος ὁ Λάσκαρις κατὰ τοῦ ἐν Πόντῳ Δαβὶδ στρατιὰν ἀγείρας τῆς μὲν Πλουσιάδος ἐπέβη καὶ τῆς πρὸς Δαβὶδ φιλίας ἐκείνην ἀπέστησε, τοξότιδα πᾶσαν οὖσαν καὶ μάχιμον· εἶλε δ' ἂν καὶ Ἡράκλειαν καὶ τὸν Δαβὶδ δραπέτην ἐκεῖθεν ἔδειξεν, εἰ μὴ Λατίνων τῇ Νικομήδους παρεμβαλόντων κατ' ἐπικουρίαν Δαβίδ, ἐπεὶ καὶ εἶχε τούτοις Δαβὶδ σπεισάμενος, ἐν ἀμφινοίᾳ κατέστη Λάσκαρις. εἶλκε μὲν γὰρ αὐτὸν ἐντεῦθεν προθυμία καὶ τόλμη κατὰ Λατίνων· ἐκεῖθεν δ' αὖθις ἀντέσπα τὸ ἐν χερσὶν ἔργον, ὡσεὶ καὶ ἐντὸς Ἡρακλείας οἰόμενον εἶναι καὶ κυριεύειν τῆς πόλεως. καὶ πολλάκις ἑκάτερον καὶ ὡς ἐπὶ τρυτάνης ζυγοῦ καὶ μετὰ συνοχῆς ἐταλάντευεν. ὡς δ' ἐκεκρίκει συμφορώτερον μᾶλλον ἢπερ θρασύτερον ἐπὶ τοὺς ὑπερασπιστὰς ἰέσθαι τοῦ Δαβίδ, ἐπανακάμπτει μὲν πρὸς αὐτούς, ἢν ὤδευε παρεικώς· οἱ δὲ τὰ περὶ τούτου πυθόμενοι συστάδην μὲν παραχινδυνεύειν οὐκ ἔγνωσαν, μεθίστανται δὲ νυκτὸς καὶ εἰσίασι τὸ Βυζάντιον. ὁ δέ γε Δαβὶδ ὡς οὔκουν ἐβάλλετο κατὰ νοῦν, παρὰ δόξαν

circiter CC impetrarunt. ubi ad arma ventum est et urbem Persicus exercitus circumdedit, Latini in phalangem condensati et ex improviso in Persarum conspectum progressi Attaliensibus opem tulerunt. ita barbari perterriti et suorum multos amiserunt, et Caichosroes XVI diebus exactis obsidione soluta discessit. sed et Theodorus Lascaris, coacto contra Davidem Ponticum exercitu, Plusiadem sagittariis et bellicosis hominibus abundantem ab illo in suas partes traduxit. Heracleam quoque cepisset ac ipsum Davidem exterminasset, nisi eum Latini, cum quibus Davidi foedus intercedebat, auxilii ferendi causa castris ad Nicomediam positis animi dubium reddidissent, hinc alacritate et audacia contra illos instigante, inde instituto opere retrahente, cum sibi quodammodo intra Heracleam esse videretur et ea urbe potiri, ac saepe velut in trutina sollicito animo utrumque ponderaret. ut vero defensores Davidis invadere utilius quam audacius esse statuit, ad eos, itinere instituto omisso, revertitur. quo illi adito in aciem sibi descendendum non censuerunt, sed nocte digressi Byzantium redeunt. David vero reputans ut imminens iam discri-

τοῦ κινδύνου ῥυσθεὶς ὃν ἔγγιον εἶχε προσέρποντα καὶ σχεδὸν
οὐδ' ὅσα γόνυ κνήμης ἑαυτοῦ ἀφιστάμενον, ἀπρὶξ καὶ πάλιν
τῆς Ἡρακλείας ἔχεται· τοὺς δ' ἐν Βυζαντίῳ Λατίνους τῆς συμ- P. 412
μάχου διαμειβόμενος στρατιᾶς σιτηγῶν πλοίων δεξιοῦται κατα-
γωγαῖς καὶ κρέασιν ὑείοις ταριχηροῖς, καὶ παρ' αὐτῶν αἰτεῖται V. 338
δευτέραν σύναρσιν, καὶ λιπαρεῖται ἐν ταῖς πρὸς τὸν Λάσκαριν
γραφαῖς καὶ σπονδαῖς τοῖς ὑποκειμένοις σφίσι κἀκεῖνον ἐν-
τάττεσθαι, καὶ τὴν ὑπ' αὐτὸν πᾶσαν χώραν ταῖς ὑπὸ Λατί-
νους ἐγκρίνεσθαι. ἀμέλει ὡς εἶχε ταῦτα καταθεμένους, πύ-
θοιτο δὲ καὶ τὸν Λάσκαριν ἐκ Νικαίας εἰς Προῦσαν μετά-
ραντα, ἐξ Ἡρακλείας πρόεισι καὶ αὐτὸς τῷ συμμαχικῷ γαυ-
ριῶν ὅπερ ἐκ Βυζαντίου προσεχῶς ἐκείνῳ ἀπέσταλτο, γυ-
μνασίαν τε καὶ ἀνάπειραν ἑαυτοῦ κἀκείνων ποιούμενος, τὸν
Σαγγάριον διαβὰς ποταμὸν ὑπηκόους κωμοπόλεις τῷ Λάσκαρι B
ἔκειρε. καὶ μεθ' ἡμέρας αὐτὸς μὲν ἐκεῖθεν μεθίσταται, ὁμήρους
ἐκ τῆς Πλουσιάδος δεξάμενος, ἐνίοις δὲ καὶ δεσμὰ περιθέμενος
διὰ τὸ σφᾶς χωρῆσαι τῷ Λάσκαρι· οἱ δ' Ἰταλοὶ περί που
τοὺς τριακοσίους ὁρώμενοι παρεσκευάζοντο μὲν καὶ περαιτέ-
ρω χωρεῖν κἀκ τῶν κοίλων πρὸς τὰ μετέωρα ἔβαινον, ἐπελθόν-
τος δ' αὐτοῖς ἀπροόπτως περὶ τὰς τῆς Νικομηδείας Τραχείας
Ἀνδρονίκου τοῦ Γίδου, καὶ γινομένης συμβολῆς, ἡττῶνται
μετὰ πλείστας ἀμοιβὰς τοῦ πολέμου, οἱ δὲ καὶ ζωγροῦνται
τοῖς περισχοῦσι τὰ ὄρη καὶ ταῖς προλελοχισμέναις ὑπὸ σφῶν
περιπεσόντες ἐνέδραις, ὡς μηδὲ πυρφόρον ὑπολελεῖφθαι σχε-
δὸν τὸν τῷ Λαβὶδ ἀπαγγελοῦντα τουτοῖ τὸ δυστύχημα. ἀλ- C
λὰ καὶ Πέτρος ὁ ἐκ Πλάντζης, οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνήσθημεν

men, nec multo a se remotius quam a genu tibia distat, praeter opinionem evasisset, rursus Heracleae firmiter inhaeret, Latinos vero Byzantii degentes ob latum auxilium frumentariis navibus et pernis remuneratur; atque ab eis auxilia denuo petit, oratque ut in foedere Lascarino se quoque ut suum subditum conprehendant, et omnem provinciam quam teneat inter Latinas provincias numerent. quae cum illi annuissent: et Lascarim Nicaea Prusam abiisse audivisset, ipse quoque Heraclea prodit, et auxiliis nuper Byzantio missis inflatus, cum sui tum illorum periculum facturus, Sangario flumine superato Lascarinae ditionis oppida vastat, et post dies aliquot inde digreditur, obsidibus Plusiade acceptis, nonnullis etiam in vincula coniectis, quod ad Lascarim defecissent. Itali vero circiter CCC parabant longius progredi, et e vallibus in montes ascendebant. sed circa Nicomediae Trachias subito Andronici Guidi supervenu post variam pugnae fortunam vincuntur, nonnulli etiam in insidias in montibus collocatas delapsi capiuntur, ut pene nullus su-

(μεγέθει δὲ οὗτος σώματος θαυμασίῳ ἐκέκαστο καὶ ψυχῆς γενναίῳ περιεβλέπετο παραστήματι), ταῖς Πηγαῖς τῇ πόλει προσδεχθῆναι φιλονεικῶν ἅτε καὶ δίκαιον ἐπ' αὐταῖς ἔχειν ἰσχυριζόμενος, ὡς οἷα πρώτως ἐκεῖ καταχθεὶς ἡνίκα Λατῖνοι κατὰ τῶν πρὸς αὐγὰς ἡλίου Ῥωμαίων ἐπανείλοντο πόλεμον, καὶ ἄλλοτε μὲν εἰσδῦναι ταύτας ἐκ τοῦ προφανοῦς ἐπειράσατο, ἀποπεμφθεὶς δ' ὡς τῶν ἔνδοθι φρονούντων φίλα τῷ Λάσκαρι, ἔδοξε μὲν ἀποσχέσθαι ταυτησὶ τῆς προθέσεως, ἑ
D δ' ἐνεδρεύων ἦν πάλιν, ὅτι μηδὲ προύπτως εἶχε βιάζεσθαι. τῶν γοῦν Πηγαϊτῶν τινὰς ὑποκλέψας καὶ διαφθείρας, λάθρᾳ καὶ κατὰ βραχεῖς τοὺς οἰκείους ταῖς Πηγαῖς ἐπεισάγει, πολνωρουμένους παρὰ Σθλάβου τινὸς Βαρηνοῦ καὶ τῶν τούτου συνωμοτῶν. πέρας δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Πέτρος καιροφυλακήσας τὰς Πηγὰς ἐπεισδέδυκε, καὶ νυκτὸς ἐπιθέμενος σὺν οὐδενὶ πόνῳ τοὺς ἐναντίους διώσατο καὶ τῆς ὅλης κεκράτηκε πόλεως.

Οὕτωσὶ δὲ πραττομένων τούτων οἱ τὴν Ἀδριανοῦ κατειληφότες Λατῖνοι τὰ μὲν πρῶτα περὶ αὐτὴν ἐνηυλίσαντο, καὶ ἀγορὰ τῆς πόλεως ἔξω πεποίητο· εἶτα καὶ συναιχμίαν μετὰ Ῥωμαίων ἀποδειξάμενοι τῶν πόλεών τινας περιέρχονται κακῶς παθούσας ὑπὸ Σκυθῶν, καὶ ταύτας, ὡς ὁ καιρὸς ἐδίδου, καταστησάμενοι εἶτα καὶ τῶν τῆς Ῥοδόπης σχοινισμάτων ἅπτονται. μηδένα δὲ πολέμιον ἔχοντες ἐξαπτόμενον μήτε μὴν ὅλως σφίσιν ὑποφαινόμενον, εἰσίασι τὸ ἔρυμα τὸν Στενίμαχον, καὶ μεθιστῶσιν ἐκεῖθεν τοὺς ὁμογενεῖς σφῶν,

peresset qui cladem illam Davidi nuntiaret. sed et Petrus Plancius, cuius ante memini, insigni corporis magnitudine admirabilis et generosi animi invicto robore illustris, se Pegis urbe recipi suo veluti iure postulabat, quod primum ibi appulisset, cum Latini Romanis Orientalibus bellum intulissent. ac alias aperte irrumpere conatus, sed a civibus Lascari faventibus repudiatus, mutasse consilium putabatur. quia vero parum aperto Marte profecerat, ad insidias conversus, Peganis aliquot interceptis et occisis, ex suis clam paucos simul Pegas introducit cuiusdam Sthlabi Vareni et huius coniuratorum opera. dein ipse quoque occasionem nactus subintravit, et adversariis noctu nullo negotio repulsis tota urbe potitus est.

Dum haec geruntur, Latini principio iuxta Adrianopolim castra metantur, foro extra urbem instituto. deinde belli societate cum Romanis inita urbes quasdam circumeunt a Scythis male tractatas, quibus, ut tempus ferebat, constitutis Rhodopae limites ingrediuntur. ubi cum nullus hostis non modo lacesseret sed nec appareret, castellum Stenimachum ingressi popularibus suis (erant hi reliquiae eorum qui pridem Philippopolim custodierant) inde abductis Ore-

ἀποσπάδας ὄντας τῶν τὴν Φιλίππου διεπόντων πρότερον, καὶ οὗτος εἰς Ὀρεστιάδα πάλιν ἐπαναλύουσιν. ἀλλὰ καὶ μοῖ- P. 413
ραν στρατεύματος Θεοδώρῳ τῷ Βρανᾷ παραδόντες στρατηγεῖν τῶν ἐκεῖ καταλείπουσιν. αὐτοὶ δ' ἐπανίασιν ἐς Βυζάντιον, καὶ εἰς βασιλέα χρίουσι τὸν Ἐρρῆν, ὃς ἦν αὐτοκασίγνητος Βαλδουίνου τοῦ πρώτως ἐκ Λατίνων τῆς Κωνσταντίνου κατάρξαντος. ἐνιαυτὸν δ' ἕνα καὶ μῆνας τέσσαρας ἄνευ βασιλέως τὰ κοινὰ χειρίζοντες πράγματα οὐκ ἄλλως κατένευσαν χρῖσμα βασιλείας ὀπτῆναι τῶν ἐκ γένους χαρίσασθαι, εἰ μὴ πρότερον τὸν Βαλδουίνου θάνατον ἠκριβώσαντο. ἀκουέτωσαν ταῦτα Ῥωμαῖοι οἱ χρίοντες ἅμα καὶ τὸν διὰ τάχους καθαιρήσοντα τὸν χριόμενον τῷ νῷ συλλαμβάνοντες. εἰκότως οὖν καὶ μητρόλεθροι ἔχιδναι καὶ γένος ἀπολωλεκὸς βουλὴν B
καὶ τέκνα μωμητὰ καὶ υἱοὶ ἄνομοι οἱ ἐς ἡμᾶς πρὸς ὅπλα ἔχοντες παρὰ πᾶσιν ἀκούουσιν ἔθνεσιν. ὁ δὲ τοῦ Βαλδουίνου V. 339
θάνατος οὕτω συμβέβηκεν. ἐν τῷ Σκυθικῷ συλληφθεὶς πολέμῳ καὶ δεσμοῖς ὑποβληθείς, ὡς ἐρρέθη μοι, συχνὸν ἤδη χρόνον καθείργνυτο ἐς τὸν Τέρνοβον. ἀποστάντος δὲ τοῦ Ἀσπιέτου Λατίνοις θυμῷ ὑπερζέσας ὁ Ἰωάννης, καὶ τοῦ πάθους ἀεὶ ἐπίτασιν λαμβάνοντος, εἰς μανιώδη σχεδὸν ἐξώκειλε διάθεσιν· ὅθεν τῆς εἱρκτῆς τὸν ἄνδρα ἐξαγαγὼν κελεύει τοὺς μὲν πόδας ἀπὸ γόνατος τὰς δὲ χεῖρας ἐκ βραχιόνων Τενεδίῳ ἄντικρυς πελέκει ἀποκοπῆναι, εἶτα καὶ κατὰ κεφαλῆς ἐπὶ φάραγγος ὠθισθῆναι. οὐκοῦν καὶ τρεῖς ἐξαρκέ- C
σας ἡμέρας, βορὰ προκείμενος ὄρνισιν, ἐλεεινῶς τὸν βίον

stiadem redeunt, et Theodorum Branam datis aliquot cohortibus ibi relinquunt. ipsi Byzantium reversi Henricum Balduini primi ex Latinis Byzantio dominati fratrem imperatorem declarant. cum autem unum annum et menses quatuor rem publicam sine imperatore administrarent, nemini popularium suorum regni inaugurationem condonare voluerunt nisi Balduini morte prius explorata. audiant haec Romani, qui et eodem tempore imperatorem inaugurant, et qui inauguratum, ut evertant, animis concipiunt. quamobrem iure apud omnes gentes nostrae aetatis milites ut parricidae viperae, ut gens nullius consilii, ut liberi reprehendendi, ut filii iniqui male audiunt. caeterum Balduini mors ita contigit. Scythico bello captus et vinculis, ut dixi, oneratus longo tempore Ternobi fuit. cum autem Aspietes ad Latinos defecisset, Iohannes ira aestuans, et dolore in dies ingravescente pene in rabiem actus, Balduino educto e carcere pedes a genibus et manus a brachiis Tenedia plane securi amputari, deinde ipsum in vallem praecipitari iubet, ubi tertio demum die esca volucrum miserabiliter expiravit. neque vero hunc solum, sed

κατέστρεψεν. οὐ τοῦτον δὲ μόνον ἀπανθρώπως οὕτω τοῦ ζῆν ἐξήγαγεν, ἀλλὰ καὶ οὓς καθεῖρξε Ῥωμαίους οἰκτρῶς ἀπώλεσε, μὴ φωνὴν μηδ' ἱκεσίαν ἐξ αὐτῶν ὅλως ἀνασχόμενος ἐνωτίσασθαι. ἐν οἷς καὶ τὸν τοῦ δρόμου λογοθέτην Κωνσταντῖνον τὸν Τορνίκην, ὑποδρηστεύσαντα μὲν ἀκοντὶ τὸ πλέον μετὰ τὴν τῆς πόλεως ἅλωσιν τῷ βασιλεῖ Βαλδουίνῳ, καὶ τὸν ἐκ πολέμου διαδράντα κίνδυνον καθ' ὃν ὑπὸ Σκυθῶν ἐκεῖνος ἑάλωκεν, προσρυέντα δ' ἔπειτα τῷ Ἰωάννῃ καὶ παρὰ τούτῳ δυνηθῆναι τὰ μέγιστα φανταζόμενον οἷς πολλάκις παρ' ἐκείνου ἀπὸ Ῥωμαίων πρέσβις ἐπιπεφοίτηκε, ξενίαν δ' εὑρέ-
D μενον τὸ πολλὰς ὑπὸ ξιφῶν κατὰ παντὸς τοῦ σώματος δέξασθαι καὶ μηδ' ὁσίας τυχεῖν μετὰ τὴν ἀναίρεσιν.

Οἱ δέ γε Λατῖνοι καὶ τὰ πάλαι ᾀδόμενα στοιχειώδη τῆς πόλεως φυλακτήρια καὶ κατὰ τεῖχος καὶ τάφρον προσεξευρημένα τοῖς κατ' αὐτῆς ξυντάττουσι φάλαγγας καὶ λόχους καθίζουσι δυσμενέσιν (εἰ δὲ καὶ ἀληθῶς, οὐκ ἔχω λέγειν σαφῶς) καθαιρεῖν ἐγνώκεσαν, καὶ τούτων μάλιστα ὁπόσα κατὰ τοῦ σφῶν ἀνεστηλῶσθαι γένους ἐμάνθανον. ὅθεν μεθ' ἑτέρων ἀνδρεικέλων ἐκ χαλκοῦ πεποιημένων, ἃ τῶν προτέρων κατενήνεκται βάσεων καὶ πυρὶ παρεδόθησαν, οὐδὲ τὴν ἐμπρόσθιαν εὐώνυμον χηλὴν τοῦ ἵππου ἀπεριέργαστον εἴασαν, ὃς ἐπὶ λιθίνου λευκοῦ τετραπλεύρου κατὰ τὸν λεγόμενον Ταῦρον χαλκοῦς ἱστάμενος ἡρωϊκόν τινα τὴν ἰσχὺν ἄνδρα καὶ τὸ εἶ-
P. 414 δος ἀξιοθέατον ἐπὶ τῶν νώτων ὀχεῖ, μηδ' αὐτὸς ἀπέχων τοῦ

Romanos etiam captivos eadem crudelitate interfecit, omni voce et supplici gestu repudiato ac inter alios Dromi logothetam Constantinum Tornicem, qui urbe capta invitus fere Balduino inservierat, et belli Scythici, quo is captus est, periculo evitato ad ipsum se contulerat, magnam auctoritatem suam esse ratus, quod saepius ad eum nomine Romanorum legatos ivisset. caeterum eam hospitalitatem est expertus, ut toto corpore multis ictibus compunctus post caedem insepultus abiiceretur.

Latini porro illa olim decantata urbis munimenta, quae a certa partium serie Stoechiode dicuntur, muri ac valli loco excogitata contra hostes vel aperta vi vel insidiis grassantes (vere an secus, dicere haud possum), evertere statuerunt, ea praesertim quae contra suam gentem facerent. unde cum aliis aeneis statuis, quae basibus emotae et in ignem coniectae sunt, nec anteriorem sinistram ungulam equi aenei, qui in albo quadrangulo marmore in Tauro stat, virum quendam heroico robore et spectabili vultu tergo vehens, nec ipse admirationis expers ob exquisitum omnium membrorum artificium, phaleris undique tectus, hinniens, auribus velut ad

ἄγασθαι διὰ τὴν ἐπὶ πᾶσι τῆς τέχνης ἀκρίβειαν, ὁλοφάλαρος, φριμάσσων καὶ τὸ οὖς ἀνιστῶν ὡς πρὸς σάλπιγγα. τοῦτον οἱ μέν φασιν εἶναι Πήγασον καὶ τὸν ἀναβάτην Βελλεροφόντην, οἱ δὲ τὸν Ἰησοῦν τοῦ Ναυῆ ὀτρηδὴ ἐπικαθήμενον ἵππῳ· καὶ δῆλον εἶναι τὸν ἄνδρα τῇ διασκευῇ τοῦ εἰκάσματος πρὸς τὴν ἁρματηλασίαν ἡλίου καὶ τὸν δρόμον τὸν σεληναῖον τὴν δεξιὰν χεῖρα ἐκτείνοντα, ὡς σταῖεν τοῦ πρόσω χωρεῖν, καὶ σφαιρικὸν ἐκ χαλκοῦ σχῆμα τῷ κοίλῳ τῆς λαιᾶς χειρὸς ὑπανέχοντα. ἀναμοχλεύσαντες τοίνυν ῥαιστῆρσι τὸ πέλμα τὸ ἵππειον, ἀνθρωπόμορφον εὑρίσκουσιν ἴνδαλμα ὑποκείμενον, πλειόνως εἰκάζον ἐκ τοῦ τῶν Βουλγάρων τινὰ γένους, ἐς τὸ διαμπερὲς ἐληλαμένον ἧλῳ καὶ μολύβδῳ πάντῃ κατειλημμένον, ἢ γοῦν Λατῖνον διατυποῦν, ὥσπερ δὴ καὶ πάλαι πρὸς τῶν ὅλων διαπεφήμιστο. καὶ τὸ μὲν τῇ τῶν ἀργυρογνώμων χωνείᾳ καθίεται, Λατῖνοι δ' ἔπραττον ταῦτα οὐκ ἐκ δειλάνδρου παντάπασι γνώμης, ὡς ἀποφανεῖταί τις καταφρονητικῶς ἔχων ἐς αὐτούς· ἀλλὰ μετιόντες πάντα καὶ διατεχνώμενοι, μή πως ἐκπέσωσιν ἧς ἐπέβησαν πόλεως, οὐδὲ τὰ τοιαδὶ τῶν ἀκουσμάτων ἀπεριέργαστα παρατρέχειν ἐδοκίμαζον οἷα μηδ' εἰκαίως ὑφ' ἁπάντων διαθρυλούμενα, ἀλλὰ τὸ εἰκαστικὸν τῇ ἐπινοίᾳ συνάπτοντες ἐδικαίουν μὴ ἐᾶν ἀνεξέταστα, πρὸς οὐδεμίαν τῶν πράξεων ἀναπίπτοντες. (17) τίς γὰρ οὐκ ἴσησιν ὡς ἧς ἂν ἐπιβαῖεν χώρας καὶ πόλεως, καθάπερ οἰκείας αὐτῆς δραττόμενοι καὶ ἁπρὶξ V. 340

1. ὁ φάλαρος pr A.

tubae clangorem arrectis, impervestigatam reliquerunt. hunc alii Pegasum esse dicunt, sessorem Bellerophontem, alii Iesum Navis filium equo (quisquis ille sit) insidentem; idque ex habitu statuae constare, quod dextra ad currum solis et lunae extenta cursum eorum sistat et globum aeneum laevae manus vola teneat. proinde malleis equi calce revulsa humanam subtus imaginem reperiunt, quae maiori ex parte Bulgarum aliquem repraesentabat, clavo transfixam et plumbo undique cinctam, non autem Latinum referebat, quemadmodum iamdiu a multis ferebatur. ea imago fabro argentario conflanda data est a Latinis, haud sane prorsus ex timiditate, ut per eorum contemptum aliquis interpretari queat: sed quia omnia tentabant, omnia moliebantur, ne urbe quam occuparant exciderent, ne huiusmodi quidem rumores, qui non sine causa ab omnibus celebrarentur sed verisimilem coniecturam haberent, negligendos putabant, nulla in re negligentes. (17) Quis enim nescit eos, quamcunque provinciam aut urbem invaserint, eam tanquam suam

ἐχόμενοι πρὸς οὐδὲν ἀποκναίουσι δυσχερές, ὡς οὐκέτ' ὄντων τῶν οἴκοι ἐπιλαθύμενοι; ἀπεναντίας τοῖς Ῥωμαίοις δρῶντες, οἳ τοῖς βουλομένοις καὶ τῶν ἐσχάτων ἐπενδυτῶν ὑπεξίστανται, καὶ τὸν χοῦν τῶν ποδῶν αὐτῶν, ἀφιστάμενοι τῶν πατρίδων, ἀσμένως ἀποτινάσσονται, οὐχ ὡς εὐαγγελικοὶ μαθηταὶ ἀλλ' ὡς ἀχρεῖοι καὶ ἀγεννέστατοι μαχηταί, καὶ γυναικῶν ἐς πόλεμον ἀτολμότεροι, καὶ πρὸς τὴν ὄψιν τῶν δυσμενῶν ἀτεχνῶς πάσχοντες ταῦτα δὴ τὰ Ὁμήρεια.

D τοῦ μὲν γάρ τε κακοῦ τρέπεται χρὼς ἄλλυδις ἄλλῃ,
οὐδέ οἱ ἀτρέμας ἧσθαι ἐρητύετ' ἐν φρεσὶ θυμός,
ἀλλὰ μετοκλάζει καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους πόδας ἵζει.
ἐν δέ τε οἱ κραδίη μέγα στέρνοισι πατάσσει
Κῆρας ὀϊομένῳ, πάταγος δέ τε γίνετ' ὀδόντων.

θαυμάσαι δ' ἄν τις τοὺς ἄνδρας τούσδε περιεργασάμενος, εἰ μὴ ἑαυτοὺς προϊόντος τοῦ χρόνου δίχα πόνου διεξεργάσονται, οὕτω πρὸς τοὺς ἐναντίους ἀεὶ ἐνδιδόντες καὶ μαλακιζόμενοι, πρὸς δὲ τοὺς ὁμοφύλους ἀναιδεῖς καὶ θρασεῖς καὶ αὐθάδεις ὁρώμενοι, οἵ γε καὶ τοῖς ἐκ τῆς συγκλήτου βουλῆς ἡμῖν τὴν
P. 415 τῆς πόλεως ἐπιγραφόμενοι ἅλωσιν οὔτε τὸν τῆς δίκης δεδίασι παντέφορον ὀφθαλμόν, αὐτοὶ καταπροδόντες κἀκείνην δὴ καὶ ἡμᾶς, οὔτε πρὸς τὴν ὑπερβολὴν τοῦ ψεύδους αἰσχύνονται. τὸ δὲ καὶ δακρύων ἄξιον ὡς ἀνθρώπων ἀναλγήτων πά-

3. οἵ om A. 9. γάρ τε om A. 16. πρὸς μὲν τοὺς?

amplecti et mordicus tenere, nullis difficultatibus fatigatos, et rerum domesticarum velut nihil ad se attinentium oblitos? secus quam nostri, qui cuivis ipsa etiam interula cedunt, et patria relicta etiam pulverem pedum cupide excutiunt, non ut Evangelici discipuli, sed ut inutiles et degeneres omnino bellatores, et in pugna mulieribus timidiores, quibus ubi hostem aspexerint, Homericum illud accidit.

vertitur ignavi color, et tremor occupat artus.
mens stupet, inque pedes animus cadit, anxius horret.
palpitat et pectus, strident formidine dentes,
et necis indomitae tremebunda occurrit imago.

mirum profecto fuerit, si viros istos accuratius intuearis, ni progressu temporis ipsi sese citra laborem confecerint, cum hostibus perpetuo ita cedant effeminati, erga populares vero et cives suos adeo se inverecundos audaces et pertinaces praebeant, qui cum nobis patribus conscriptis urbis excidium ascribant, nec Vindictae cuncta perspicientis oculum reformidant, cum ipsi et urbem et nos prodiderint, neque tam insigni mendacio erubescunt. iam illud hominum stupidorum sive delirium sive infortunium lacrimas postulat, quod non mo-

θημα καὶ δυστύχημα, οὐ μόνον τὴν ἐπανάκλησιν αὐτῆς
ἀπεύχονται, ἀλλὰ καὶ βραδυτῆτα τῷ θεῷ ἐγκαλοῦσιν ὡς μὴ
πάλαι καὶ χειρόνως τὰ κατ' αὐτὴν καὶ ἡμᾶς διαθεμένῳ, ἀλλ'
ἐς δεῦρο τὸν ὄλεθρον ἀποτείναντι καὶ φειδοῖ καὶ φιλανθρωπίᾳ
δικάσαντι. καὶ δέον τοῖς ἡμῶν αὐτῶν κακοῖς ἁρμόζεσθαι πρὸς
συμπάθειαν, οὐ πόλιν, οὐχ ἑστίαν, οὐ πορισμὸν τῶν πρὸς τὸ
ζῆν ἐχόντων, οὓς ἤδεσαν πάλαι περιωνύμους πλούτου βαθύ-
τητι καὶ δυναστείας λαμπρότητι, οἱ δὲ ξεναγοῦσι σκώμμασι B
καὶ περιβάλλουσιν ὡς ἡμᾶσι τοῖς ὀνείδεσιν, οὐδ' ὅλως παρὰ
τὴν ἀρχὴν τοῦτο ἐλπίσαντας· ἦ γὰρ ἂν οὐδ' ἐπέβημεν ὅλως
τῆς ἑῴας γῆς, τὸν μετὰ τοιούτων ἀνθρώπων ἀλεείνοντες πά-
τον καὶ κατὰ τὸν πάλαι Βελλεροφόντην πεδίον ζητοῦντες
ἀλήϊον ἢ τὸν Ἱερεμίου ἔσχατον σταθμόν. μενοῦν γε οὐδὲ δι'
ὄχλου τισὶ γεγόναμεν, πρὸς μόνον εὐελπιστοῦντες τὸν χορη-
γὸν τοῖς πᾶσι τροφῆς πατέρα θεόν, ὃς πρότερον μὲν δι' Ἐλισ-
σαιὲ παλάθαις καὶ κριθίνοις ἄρτοις βραχέσιν ἑκατὸν εἱστίασεν
ἄνδρας, ὕστερον δ' αὐτὸς βραχυτέροις μυριάδας πει-
νώντων ἐδεξιώσατο καὶ τὰ τοῦ κόρου λείψανα πλείω τῶν
ἐδηδομένων συλλέξαι τοῖς συμποσιάρχαις μύσταις παρέσχετο,
ἐπὶ θαύματι θαῦμα τετελεκὼς ἐξαισίῳ ἐξαισιώτερον. ὅθεν C
κατὰ μόνον τὸ σύννομον αὐτοῖς συμφερόμενοι, ἐξ ὅτου τὴν
παρ' Ἀσκανίᾳ λίμνην καὶ τὴν τῶν Βιθυνῶν προεδρεύουσαν
Νίκαιαν παροικεῖν εἰλόμεθα ὡς αἰχμάλωτοι, καὶ παρὰ τοῖς

13. ἀλήϊον] ἠλύσιον pr A. 22. καὶ τὴν] καὶ τῆς τῶν βιθυνῶν μητροπόλεως πρόεδρ. A.

do patriae restitutionem in integrum deprecantur, sed deum etiam tarditatis accusant, quod nos et eam non olim peius tractarit, sed clementi et humano iudicio exitium hactenus distulerit. iam cum vicem nostram dolere deberent, qui non urbem, non larem, non victum ullum habeamus, quos olim copia rerum celebres et splendore dignitatis illustres noverunt, dicteriis nos lacessunt et opprobriis tanquam verberibus caedunt, secus quam speravimus: alioqui nunquam Orientem attigissemus, etiam vestigia istorum hominum declinaturi, et ut olim Bellerophon, desertos campos quaesituri aut Hieremiae extremum terminum. nemini certe quidem molesti fuimus, nostra in deum liberalem omnis boni largitorem fiducia collocata, qui olim per Elisaeum paucis palathis ficuum et hordeaceis panibus centum viros pavit. post ipse paucioribus complura esurientium millia saturavit, et plus reliquiarum quam convivis ferculorum erat appositum, mystis symposiarchis colligendum dedit, uno miraculo alio maiore cumulato. unde solius loci commercio cum illis coniuncti, dum ad Ascanium lacum et Bithyniae metropolim Nicaeam tanquam

αὐτοῖς συνιόντες τεμένεσιν, ἀσυναφεῖς τἄλλα καθεωρώμεθα. ἀλλά τί μοι καὶ τῷ τὴν ἱστορίαν παρακινεῖν ταῖς τοιαῖσδε τῶν διηγήσεων, καὶ παριστᾶν ἐντεῦθεν ὡς ἀκράτου ποτηρίου καὶ τρυγοφόρου κύλικος τὰ τῶν Ῥωμαίων ἅπαξάπαντα προσδεᾶ; περὶ τὴν νύσσαν τοίνυν τὸ λέγειν αὖθις ἐπεισαγέσθω καὶ τῶν προκειμένων ἐχέτω μοι.

Τῇδε μὲν οὖν καὶ ταῦτα ἐφέρετο· ὁ δέ γε Ἔρρης βασιλεύσας ἐπεὶ πύθοιτο παρὰ τῶν εἰς Ὀρεστιάδα καταλειφθέντων
D ὁμογενῶν Σκυθῶν αὖθις καὶ Βλάχων ἐξιέναι στρατεύματα, καὶ τὸ μὲν Διδυμότοιχον καθελεῖν, αὐτὴν δὲ τὴν ἐξ Ἀδριανοῦ καλουμένην ὑπονοθεύειν, εἴ πως καὶ ταύτης περιγενήσονται, μὴ πρὸς τὸ πλῆθος δείσας τῶν ἀντιπάλων μηδ' ἐν τῷ βαλόμενος ὅλως τὰ τῶν προτέρων πολέμων ἀτυχήματα καὶ πάλιν τὴν ἔξοδον ἀπεθάρρησε, καὶ τοὺς τῷ Βρανᾷ συνεκδήμους ὁμοφύλους ἐκσῶσαι γλιχόμενος καὶ τὰ τῶν Ῥωμαίων περιθάλψειν ἐγκαταλείμματα, οἳ περὶ τὰς οὐχ ἑκὰς τῆς πό-
V. 341 λεως κωμοπόλεις αὖθις συνδεδραμήκασι. περὶ τὴν Ἀδριανοῦ τοίνυν κατηντηκὼς καὶ τοὺς Βλάχους κατωπτευκὼς περὶ τὴν ὄψιν τῶν Λατίνων ἀποδειλιάσαντας, μήτε σώματα λα-
P. 416 βόντων μείζονα τῶν προτέρων μηδὲ ψυχὰς κτησαμένων ἀλκιμωτέρας, τὸ δὲ σύνηθες θράσος καὶ τὴν ἐν πολέμοις ἕξιν οὐκ ἀπολωλότων οἷς πεπόνθασι, μέχρι Κρηνοῦ καὶ Βορέης ἐλάσας, ἐκ δὲ τούτων τὴν Ἀγαθόπολιν διελθὼν καὶ παρεμβαλὼν ἐς Ἀγχίαλον, καὶ πολλὰ μὲν δράσας ἐξ ὧν καὶ χρύ-

6. ἐχέσθω?

captivi inquilinos agebamus, et eadem templa duntaxat frequentantes, caetera prorsus alieni ab eis visi sumus. sed cur huiusmodi narratiunculis historiae seriem interrumpo? ut dicam plenum mero poculum et feculentum calicem omne Romanum imperium postulare. iam igitur ad metam properans oratio pauca adhuc adiiciat. Ericus Imperio potitus, cum ex popularibus suis Orestiade relictis Scytharum et Blachorum exercitus denuo egredi et everso Didymoticho ipsam Adrianopolim clam ad defectionem aut proditionem solicitare audivisset, non hostium multitudine territus nec superiorum bellorum cladibus consternatus rursus exire non dubitavit, ut et popolares suos Branam secutos conservaret et Romanorum reliquiis subveniret, quae in suburbanos pagos confugerant. igitur Adrianopolim profectus cum Blachos Latinorum conspectu, quanquam neque corporibus maioribus neque animis alacrioribus quam prius praeditorum, sed usitatam audaciam et rei militaris habitum etiam post illas strages retinentium, territos vidisset, usque ad Crenum et Boream eos est persecutus. inde per Agathopolim Anchialum usque progressus;

ματα καὶ σώματα καὶ ζώων ἀγέλας ἔλαβεν, οὐδὲν δέ τι καθυπομείνας δεινόν, ἀπαθὴς ὑπέστρεψε καὶ τὴν Κωνσταντίνου κατέλαβεν.

ibique castris positis, et multis rebus gestis, unde et pecunias et homines et pecudum greges et armenta cepit, nihil vero adversi pertulit, salvus Cpolim rediit.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ

ΝΙΚΗΤΑ ΤΟΥ ΧΩΝΕΙΑΤΟΥ

ΑΠΟ ΤΗΣ ΑΥΤΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΠΕΡΙ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ.

1. Τῆς γὰρ ἡμετέρας βασιλείας ἄρτι διαπεττευθείσης εἰς τοὺς Φραγγίσκους, ὁμοίως καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης κληρωθείσης τοῖς Βενετίκοις, οἷς ἐπίσταται κρίμασιν ὁ τοῦ κοσμικοῦ τοῦδε σκάφους σκευαστὴς καὶ κυβερνήτης κύριος, ἵκετο ἐκ Βενετίας πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως Θωμάσιός τις

5. γὰρ] δ' G. 6. κυρωθείσης G. convenerat ante captam urbem inter Francos et Venetos, ut ex altera gente imperator ex altera patriarcha eligeretur. itaque quum Balduinus Flandrensis ex Francorum gente imperium esset adeptus, patriarchale solium Venetorum arbitrio est subiectum. Wilkenus. 8. κύριος] θεὸς G. 9. Θωμᾶς G.

EX EIUSDEM VIRI BEATI

NICETAE CHONIATAE

HISTORIA CONSTANTINOPOLITANA.

1. Itaque postquam inexplicabili iudicio dei, qui navis mundanae opifex pariter est atque gubernator, imperium quidem nostrum sortitione facta Francis, sacerdotium vero Venetis contigit, arcessitus est Venetiis patriarcha, qui ecclesiam Cpolitanam regeret, Thomas quidam nomine, homo modicae quidam proceritatis, corpo-

τοὔνομα, τὴν μὲν ἡλικίαν μέσος, τὴν δὲ σωματικὴν πλάσιν λακκευτοῦ συὸς εὐτραφέστερος· ἦν δὲ καὶ λεῖος ξυρῷ τὸ τοῦ προσώπου ἔδαφος ὡς οἱ λοιποὶ τῶν ἐκ τοῦ γένους ἐκείνου, καὶ τὰς ἐνστηθίους παρατετιλμένος τρίχας ἀκριβέστερον δρώπακος, ἀμπεχόμενος δὲ στολὴν συνυφασμένην μικροῦ τῷ δέρματι καὶ ῥαφιδουμένην ἑκάστης τὰ εἰς καρπούς, δακτύλιόν τε τῇ χειρὶ περιστρέφων, ἐνίοτε δὲ καὶ τὰ ἐκ δέρρεων εἰς δακτύλους διεσχισμένα τῶν χειρῶν φυλακτήρια περικείμενος. ὡρᾶτο δὲ καὶ τὸ περὶ αὐτὸν ὡσιωμένον θεῷ σύστημα καὶ τὴν θνωρὸν ἀμφιπενούμενον τράπεζαν τῆς αὐτῆς ἐχόμενον κεραμείας καὶ τῷ καθηγεμόνι πανείκελον τὰ εἰς στολὴν καὶ δίαιταν καὶ τὸν τοῦ πώγωνος θερισμόν.

2. Ἐκ πρώτης δέ, ὅ φασι, γραμμῆς τὸ ἐθνικὸν παραὶ κνύντες φιλόχρυσον, ἐννοοῦσι πόρον λημματισμοῦ καινί ἅμα καὶ λαθόντα ξύμπαντας οἳ τὴν βασιλίδα πόλιν ἐσκύλευσαν. τὰς γὰρ τῶν βασιλέων θήκας ἀνοίξαντες, ὁπόσαι ἔνεισι τῷ ἡρῴῳ τῷ περὶ τὸ μέγα τέμενος ἱδρυμένῳ τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν, λωποδυτοῦσι νυκτὸς ἁπάσας, καὶ παναθεμίτως ἐγκολπίζονται εἴ τις χρύσεος κόσμος ἢ μαργάρων σφαίρωμα ἢ λίθος διαυγὴς καὶ πολύτιμος ἀδιάφθορος εἰσέτι ταύταις ἐνέκειτο. εὑρόντες δὲ καὶ τὸν νεκρὸν Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως τοῖς μακραίωσιν ἀπαραλύμαντον ἔτεσι, τὸ μὲν ὁρα-

2. τῶν προσώπων G. ἐκ om O. 12. καὶ δίαιταν add G. 16. ὁπόσων G.

ris vero obesitate porcum superans saginatum. faciem habebat idem tonsam novacula ex consuetudine, quae popularibus suis erat communis. atque pectoris etiam pilos evulsos diligentius quam dropacis ope fieri posset. amictus erat stola, quae cuti paene erat assuta atque circa carpos acubus quotidie affigebatur. annulum gestabat digito, manuum quoque tegumentis nonnunquam utebatur ex corio factis iisque digitatis. atque illud, cui praeerat, collegium deo dicatum et sacrosancti altaris ministerio deputatum, eiusdem prorsus erat farinae suoque antistiti omnino simile in vestitu vitaeque ratione et barbae tondendae more.

2. Ex prima, ut aiunt, linea auri amore insito sibi flagrantes, furandi viam excogitant novam plane neque ab illis, qui hactenus imperatoriam urbem expilaverant, unquam usurpatam. apertis enim imperatorum sepulcris positis in Heroo ad magnum discipulorum Christi templum exstructo, noctu omnia diripuerunt, ac nefario ausu, si quis istic aureus ornatus, si quae margaritarum sphaerae aut lapilli pretiosi pellucidi et incorrupti hactenus servabantur, ea omnia in sinum coniecerunt. repertum istic Iustiniani cadaver, quod a multis saeculis

θὲν ἐν θαύματι ἔθεντο, τῶν δὲ νεκροταφίων οὐμενοῦν οὐδ' ὅλως ἀπέσχοντο. ἔστιν οὖν εἰπεῖν ὡς οὔτε τῶν ἔτι ζώντων οὔτε μὴν τῶν ἀπελθόντων οἱ ἐκ γενῶν τῶν ἑσπερίων ἐφείσαντο, ἀλλ' ἐκ θεοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ θεραπόντων ἀρξάμενοι πᾶσαν ἐπὶ πᾶσιν ἀδιαφορίαν τε καὶ ἀσέβειαν ἐπεδείξαντο. μετ' οὐ πολὺ δὲ κατασπῶσι καὶ τὸ τοῦ μεγίστου νεὼ κατακέτασμα εἰς μυρίας πολλάκις ἀργύρου μνᾶς ἀριθμούμενον, καὶ τούτου ὀβρυζοτέρου παντός, καὶ εἰς βάθος χρυσῷ πυκαζόμενον.

3. Ἐπεὶ δὲ χρημάτων καὶ οὕτως ἐσπάνιζον (οὐδὲ γὰρ φιλοπλουτίας κόρον ὁτεδὴ τὸ βάρβαρον ἴσησι, τοῖς χαλκοῖς ἐποφθαλμίζουσιν ἀνδριᾶσι, καὶ παραδιδόασι τούτους πυρί. ἥ τε οὖν ἐν τῇ Κωνσταντινείῳ ἀγορᾷ ἱσταμένη πολύχαλκος Ἥρα κέκοπται εἰς στατῆρας καὶ χωνείῳ παραδέδοται, ἧς ἡ κεφαλὴ μόγις τέτρασι βοῶν ὑποτρόχοις ζεύγμασιν εἰς τὸ μέγα παλάτιον ἀποκεκόμισται· καὶ ἐπ' αὐτῇ ὁ Πάρις Ἀλέξανδρος τῆς βάσεως ἀνατέτραπται, συνεστὼς Ἀφροδίτῃ καὶ χειρίζων ταύτῃ τὸ χρύσεον μῆλον τῆς Ἔριδος.

4. Τὸ δέ γε τετράπλευρον χαλκοῦν μηχάνημα μετέωρον ἀναβαῖνον καὶ μικροῦ τοῖς τῶν κιόνων μείζοσιν εἰς ὕψος

8. τούτου ὀβρυζοτέρου Lachmannus pro illis codicum τοῦτο εὐροιζότερον vel εὐροϊζότερον. 14. παραδέδοται Wilkenus: codices παραδίδοται. 16. vide Heynium de priscae artis operibus, quae Cpoli extitisse memorantur, in Commentat. Soc. Reg. Scient. Gotting. a. 1791 et 1792, vol. XI, classis hist. et philol. p. 26. Wilk. 19. γε add G.

inviolatum permanserat, admirati quidem sunt, verum a sepulcralibus ornamentis minime abstinuerunt. ac vere dicatur Occidentales illos nec vivis nec defunctis pepercisse, sed a deo eiusque famulis orsos sine ullo discrimine nullum non impietatis genus exhibuisse. nec ita multo post Maximi templi velum discerpunt, quod multis milibus argenti eiusque purissimi minarum aestimatum fuerat, quippe cui multum auri intertextum erat.

3. Quia vero, haec quamvis fecissent, pecunia etiamnum egebant (nihil enim unquam potest barbarorum avaritiam satiare), ad aeneas statuas animum adiecerunt ignique ipsas tradiderunt. Iuno itaque illa ingenti aeris pondere, quae in Constantiniano foro erecta erat, in frusta concisa in fornacem fundenda traditur, cuius caput vix quatuor boum iugis potuit in magnum Palatium asportari. insuper Paris Alexander ex basi sua deiectus est, qui Veneri adstans aureum ipsi Discordiae pomum manu porrigebat.

4. Illam vero quadratam machinam, quae in altum ita erat deducta ut proceritate cum altissimis quibusque columnis, quae per

ἀνθαμιλλώμενον, ὅσοι πολλαχῇ τῆς πόλεως ἀνεστήκασι, τίς οὐκ ἂν ὀφθαλμὸν ἐκείνῳ ἐπιβαλὼν τῆς ποικιλίας ἐθαύμασεν; ἅπας μουσικὸς ὄρνις τὰ ἐαρινὰ μελῳδῶν ἐκεῖ ἐντετύπωτο· γεηπόνων ἔργα καὶ αὐλοὶ καὶ γαυλοὶ καὶ προβάτων βληχήματα καὶ ἀρνῶν σκιρτήματα ἐξεικόνιστο· ὑφήπλωτο καὶ θαλάττιον πέλαγος, καὶ νεπόδων ἀγέλαι καθωρῶντο, οἱ μὲν ζωγρούμενοι, οἱ δὲ τὰ δίκτυα τυραννοῦντες καὶ κατὰ βυθοῦ πάλιν ἀνέτως φερόμενοι· οἱ δ' Ἔρωτες σύνδυο καὶ σύντρεις ἀλλήλοις ἀνθοπλιζόμενοι, γυμνοὶ περιβλημάτων, ἐβάλλοντο μήλοις καὶ ἔβαλλον, γλυκεῖ περιβρασσόμενοι γέλωτι. τοῦ δὲ τοιούτου τετραπλεύρου εἰς ὄξυ σχῆμα κατὰ πυραμίδα τελευτῶντος ἀπηώρητο ἄνωθεν γυναικόμορφον εἴκασμα, καὶ ταῖς πρώταις τῶν ἀνέμων κινήσεσι περισοβούμενον· ὁπόθεν Ἀνεμοδούλιον ἐπεκέκλητο. πλὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο τὸ περικαλλέστατον ἔργον τοῖς χωνευταῖς παρέδωκαν, ὥσπερ καὶ τὸν ἐν τῷ Ταύρῳ ἐπὶ τραπεζώδους βάσεως ἔφιππον ἱστάμενον ἄνδρα τὸν ἡρωϊκὸν τὸ εἶδος καὶ τὸ μέγεθος ἄξιάγαστον. εἶναι δὲ οὗτος ἐλέγετο παρὰ μὲν ἐνίοις Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, τεκμαιρομένοις τὸν ἄνδρα τῇ πρὸς ἥλιον ἐκτάσει τῆς χειρὸς ἤδη τῆς πρὸς δύσιν πορείας ἐχόμενον καὶ τὴν κατὰ Γαβαὼν

10. cf. supra p. 213. ceterum vide de hoc Anemodulio, monumento, quod urbi, quae navigatione et commercio maritimo florebat, summae erat utilitatis, Anon. de antiquitatibus Cpolit. in Banduri Imper. or. t. I. Parte 3 p. 17, Codinum de antiquitatibus Cp. ed. Par. p. 54, Lambecium ad h. l., Ducangii Cpol. Christ. ed Par. p. 166 et 167, et Heynium l. c. p. 32. Wilk.

urbem ubivis dispersae cernuntur, tantum non certaret, quis non admiraretur intuens eximiam operis inibi sculpti varietatem? ibi enim omnis canora avis vernos edens cantus repraesentabatur, similiterque agricolarum opera, tibiae et mulctralla, ovium balatus, agnorum subsultus. ibi ingens pelagus extendebatur pisciumque multitudo visebatur, quorum alii capiebantur, alii retibus sese vi expediebant et in imum mare denuo liberi ferebantur. alibi vero Cupidines bini vel terni adversi stantes ac nudi sese pomis impetebant, in risum suaviter effusi. in fastigio huius quadratae machinae Pyramidis more in acutum desinentis erecta cernebatur muliebris statua, quae primis ventorum impulsibus circumagebatur, unde Anemodulion (ventorum ministra) vocabatur. attamen hoc, inquam, opus pulcherrimum conflatoribus tradiderunt, quemadmodum et equitem illum in Tauro basi ad mensae formam structae impositum, heroica forma, magnitudine stupenda, quem quidam Iosuam filium Nuni esse dicebant, inde coniecturam facientes, quod vir ille, extensa contra solem ad occasum vergentem manu, praecipere videretur ut

στάσιν οἱονεὶ ἐπιτάσσοντα, ὡς δὲ ἐδόκει τοῖς πλείοσιν, ὃ ἐν τῇ νήσῳ τοῦ Πέλοπος γεννηθεὶς καὶ τραφεὶς Βελλεροφόντης Πηγάσῳ ἐπικαθήμενος· ἦν γὰρ ὁ ἵππος ἀχάλινος, ὁποῖος ὁ Πήγασος παραδίδοται, ἄνετα κροαίνων κατὰ πεδίων καὶ πάντα ἀδοξῶν ἀναβάτην ὡς πτηνὸς ἅμα καὶ πεζὸς φερόμενος. ἀλλὰ καὶ φήμη παλαίφατος εἰς ἡμᾶς διαβαίνουσα τοῖς τῶν ἁπάντων ἐνέκειτο στόμασιν, ἐν τῇ ἐμπροσθίῳ τοῦ ἵππου τοῦδε λαιᾷ χηλῇ ἀνδρείκελον κεύθεσθαι, τισὶ μὲν ἐκ τοῦ τῶν Βενετίκων γένους τινὸς εἶναι παραδιδόμενον, ἄλλοις δ' ἑτέρου τῶν μὴ ἐνσπόνδων Ῥωμαίοις ἐπιζεφυρίων ἐθνῶν ἢ καὶ τῶν Βουλγάρων ἑνός. πολλάκις οὖν ἡ τῆς χηλῆς ἐπεποιήθη ἀσφάλισις εἰς τὸ πάντῃ ἀφώρατον ὧν ἤδετο κρύπτειν ἔνδοθι. κατατεμαχισθέντος δὲ τοῦ ἵππου καὶ σὺν τῷ ἀναβάτῃ παραδοθέντος πυρὶ εὕρηται καὶ τὸ ἐν τῇ ὁπλῇ τοῦ ἵππου ἐντυμβευόμενον χαλκῆρες ἴνδαλμα, καὶ ἦν περικείμενον χλαῖναν ὁποίαν τῶν θρεμμάτων τὰ ἔρια πλέκουσιν· ὀλίγα δὲ τῶν ἐπ' αὐτῷ πεφρασμένων οἱ Λατῖνοι φροντίσαντες πυρὶ καὶ τοῦτο ἐνέβαλον.

5. Ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐν τῷ ἱππικῷ ἱσταμένων ἀγαλμάτων

3. de Bellerophontis statua, quae Antiochiae urbis ornamentum fuerat, vide Banduri Commentarios de antiquitatibus Cpol. I p. 451 et Heynium l. c. p. 13. Wilk. 11. vetus erat superstitio, eiusmodi figuras barbarorum hominum, si in aliquo loco occultarentur, prodesse ad barbararum gentium incursiones ab imperio Romano arcendas; cuius quidem superstitionis exemplum legitur apud Olympiodorum in Photii Bibliotheca (ed. Bekker.) p. 60 et Niebuhrii corp. hist. Byzant. p. I p. 459 et 460. Wilk. 12. ἔνδοθεν O. 17. πεφασμένων O.

ad Gabaon staret; plerique vero putabant esse Bellerophontem in Peloponneso educatum et Pegaso insidentem. nam equus ille, quemadmodum et Pegasus fuisse traditur, cum nullis coërcitus frenis per campos effuse curreret, sessorem, utpote qui alis ferretur pariter et pedibus, aspernabatur. imo etiam quaedam vetus fama ad nos usque delata in omnium ore versabatur, in huius equi ungula sinistra pedum anteriorum viri figuram occultari, quam alii esse cuiusdam ex gente Veneta, alii alicuius ex Occidentalibus populis Romanorum non foederatis aut ex Bulgaris esse dicebant. non semel igitur ungula firmius defixa fuit, ne unquam, quae intus abscondi ferebantur, subripi possent; equo autem et equite in minutas partes dissectis atque in ignem coniectis repertum est signum aeneum in ungula equi sepultum, indutum chlaena, qualis ex ovium vellere solet confici. cum autem Latini parum curarent ea quae huic signo inscalpta portendebantur, et ipsum in ignem coniecerunt.

5. Verum neque alias in Hippodromo statuas ceteraque ad-

καὶ ἀλλοίων θαυμαστῶν ἔργων τὴν καταστροφὴν παρῆκαν οἱ τοῦ καλοῦ ἀνέραστοι οὗτοι βάρβαροι, ἀλλὰ καὶ ταῦτα κεκόφασιν εἰς νόμισμα, ἀνταλλασσόμενοι μικρῶν τὰ μεγάλα καὶ τὰ δαπάναις πονηθέντα μεγίσταις οὐτιδανῶν ἀντιδιδόντες κερμάτων. κατήρειπτο τοίνυν Ἡρακλῆς ὁ τριέσπερος μέγας μεγαλωστὶ κοφίνῳ ἐνιδρυμένος, τῆς λεοντῆς ὑπεστρωμένης ἄνωθεν, δεινὸν ὁρώσης κἂν τῷ χαλκῷ καὶ μικροῦ βρυχηθμὸν ἀφιείσης καὶ διαθροούσης τὸ ἐφιστάμενον ἐκεῖσε τοῦ πλήθους ἀπάλαμνον. ἐκάθητο δὲ μὴ γωρυτὸν ἐξημμένος, μὴ τόξον ταῖν χεροῖν φέρων, μὴ τὸ ῥόπαλον προβαλλόμενος, ἀλλὰ τὴν μὲν δεξιὰν βάσιν ἐκτείνων ὥσπερ καὶ τὴν αὐτὴν χεῖρα εἰς ὅσον ἔξῆν, τὸν δὲ εὐώνυμον πόδα κάμπτων εἰς τὸ γόνυ καὶ τὴν λαιὰν χεῖρα ἐπ' ἀγκῶνος ἐρείδων, εἶτα τὸ λοιπὸν τῆς χειρὸς ἀνατείνων, καὶ τῷ πλατεῖ ταύτης ἀθυμίας πλήρης καθυποκλίνων ἠρέμα τὴν κεφαλήν, καὶ τὰς ἰδίας οὕτω τύχας ἀποκλαιόμενος καὶ δυσχεραίνων τοῖς ἄθλοις, ὅσους αὐτῷ Εὐρυσθεὺς οὐ κατὰ χρείαν κατὰ δὲ φθόνον μᾶλλον ἠγωνοθέτει, τῷ τῆς τύχης περιόντι φυσώμενος. ἦν δὲ τὸ στέρ-

5. τριέσπερος] huius epitheti origo ad Lycophronem (33) explicatur a Tzetze. Wilk. 6. vide quae de hoc κοφίνῳ doctissime disputata sunt a C. G. Boettigero in Historiae bellorum cruciatorum sermone patrio a me editae tomo V (Beilagen p. 32. 33). peritissimus rerum antiquarum arbiter, iudicat, corbe, cui impositum fuisse Herculem post labores peractos requiescentem dicit Nicetas, repraesentari illum corbem, quo heroem ad purganda Augiae stabula usum esse nonnulli veteres poetae fabulantur. ceterum haud scio an Nicetas, qui insolita verba sectari solet, suo κοφίνῳ nihil aliud significare voluerit quam quod simplicius dicere potuisset βάσιν. fortasse illa basis rotunda et corbis formae quodammodo similis erat. Wilk.

mirabilia opera evertere neglexerunt barbari illi, rerum optimarum hostes, sed illa quoque concisa in numismata verterunt, magna parvis commutantes, ac quae ingenti sumptu confecta fuerant, vilissimae monetae postponentes. deiectus itaque est Hercules Trihesperus magnus ille magnifice fabrefactus, in corbe erectus, cui superne leonina pellis instrata erat cum capite vel in ipso aere torvum aspiciente ac prope rugitum emittente multitudinemque, quae forte illic staret, otiosam dispellente. sedebat autem non pharetram gestans, non arcum manibus tenens, non clava munitus; sed dextrum pedem et dextram manum, quantum poterat, extendens, laevo pede ad genu usque curvato et sinistra manu cubito suffulta, quam superius extendens maerore plenus caput in ipsius volam leniter reclinabat, fata fortunasque suas deplorans, aegreque ferens labores quibus illum Eurystheus, non ex necessitate sed ex invidia magis, fortuna sua inflatus

νον εὐρύς, τοὺς ὤμους πλατύς, τὴν τρίχα οὖλος, τὰς πυγὰς πίων, βριαρὸς τοὺς βραχίονας, καὶ εἰς τόσον προέχων μέγεθος εἰς ὅσον, οἶμαι, καὶ τὸν ἀρχέτυπον Ἡρακλῆν εἰκάσειν ἂν ἀναδραμεῖν ὁ Λυσίμαχος ὁ πρῶτον ἅμα καὶ ὕστατον τῶν ἑαυτοῦ χειρῶν πανάριστον φιλοτέχνημα τουτονὶ χαλκουργήσας, καὶ οὕτω μέγιστον ὡς τὴν περιελοῦσαν τὸν αὐτοῦ ἀντίχειρα μήρινθον εἰς ἀνδρεῖον ζωστῆρα ἐκτείνεσθαι καὶ τὴν κνήμην τοῦ ποδὸς εἰς ἀνδρόμηκες. τοιοῦτον δ' ὄντα τὸν Ἡρακλῆν οὐ παρῆλθον ἀκαθαίρετον οἱ τὴν ἀνδρείαν τῶν συννόμων ἀρετῶν διιστῶντες καὶ ταύτην ἑαυτοῖς οἰκειοῦντες καὶ περὶ πλείστου τιθέμενοι.

6. Τούτῳ δὲ συγκαθεῖλον καὶ τὸν σεσαγμένον καὶ σὺν ὄγκηθμῷ στελλόμενον ὄνον καὶ τὸν τούτῳ ἑφεπόμενον ὀνηγόν, οὓς ἐν Ἀκτίῳ ἔστησε Καῖσαρ ὁ Αὔγουστος, ὃ ἔστιν ἡ καθ' Ἑλλάδα Νικόπολις, ἡνίκα νυκτὸς ἐξιὼν τὸ τοῦ Ἀντωνίου κατασκέψασθαι στράτευμα ἀνδρὶ ἐνέτυχεν ὄνον ἐλαύνοντι, καὶ πυθόμενος ὅστις εἴη καὶ ἔνθα πορεύεται ἤκουσεν ὡς καλοῦμαι Νίκων καὶ ὁ ἐμὸς ὄνος Νίκανδρος, ἀφικνοῦμαι δὲ πρὸς τὴν τοῦ Καίσαρος στρατιάν.

7. Οὐδὲ μὴν τῆς ὑαίνης τε καὶ λυκαίνης τὰς χεῖρας ἀπήγαγον, ἃς Ῥῶμος καὶ Ῥωμύλος ἐθήλασαν· στατήρων

4. ἂν tollendum. *Λύσιππος* Fabricius. eodem modo Nicetam memoria fefellit p. 335. de ipso monumento vide Lambec. ad Codinum p. 167, Sillig. Catalog. artificum p. 259 et 260. Wilk. 15. de fabula vid. Sueton. Aug. 96. Wilk. 21. ῥῆμος O.

subiecerat. erat autem amplo pectore, latis humeris, crispo capillo, pinguibus clunibus, robustis brachiis et tanta magnitudine quanta, ut arbitror, esse archetypum Herculem coniecit Lysimachus (Lysippus), qui hoc primum et postremum manuum suarum opus ex aere caelavit. tanta sane proceritate erat, ut funiculus pollicem eius ambiens iustum hominis cingulum efficeret, tibia hominis staturam aequaret. Herculem huiusmodi nequaquam intactum reliquerunt illi, qui fortitudinem a reliquis virtutibus segregant eamque sibi adscribunt et plurimi faciunt.

6. Cum illo etiam abstulerunt asinum onus portantem et cum ruditu incedentem nec non insequentem asinarium, quos Actii, quod Graeci Nicopolin vocant, Augustus Caesar erexerat, quando nocte egressus speculatum Antonii exercitum, hominem offendit asinum ducentem, sciscitantique quis esset et quo pergeret, respondit ille „Nicon vocor, et asinus meus Nicander; et ad exercitum Caesaris contendo."

7. Nec magis abstinuerunt a scrofa et a lupa quae Remum et Romulum lactaverunt; sed minutissimae monetae aereae causa, an-

δὲ βραχέων, καὶ τούτων χαλκῶν, τὰ παλαιὰ σεμνώματα τοῦ γένους ἀπέδωκαν καὶ καθῆκαν αὐτὰς εἰς τὸ χωνευτήριον· ἔτι γε μὴν καὶ τὸν ἄνδρα τὸν παλαίοντα λέοντι, καὶ τὸν ἵππον τὸν Νειλῷον, ἐς οὐραῖον ἠκανθωμένον λεπίσι τὰ ὄπισθεν τοῦ σώματος λήγοντα, καὶ τὸν σείοντα τὴν προνομαίαν ἐλέφαντα· τὰς Σφίγγας ἐπὶ τούτοις, τὰς εὐειδεῖς ὡς γυναῖκας τὰ ἔμπροσθεν καὶ φρικτὰς ὡς θηρία τὰ ὄπισθεν, καινοτέρας δὲ ὡς καὶ πεζῇ βαινούσας καὶ κούφως τῷ πτερῷ φερομένας καὶ διαμιλλωμένας τοῖς τῶν ὀρνίθων μεγαλοπτέρυξι· καὶ τὸν ἀχάλινον ἵππον ὀρθιάζοντα τὸ οὖς καὶ φριμάσσοντα, γαῦρόν τε καὶ εὐήνιον προποδίζοντα· καὶ τὸ ἀρχαῖον κακόν, τὴν Σκύλλαν, μέχρι μὲν ἰξύος γυναικεῖον εἶδος προφέρουσαν, καὶ τοῦτο προτενὲς καὶ ὑπερμαζῶν καὶ μεστὸν ἀγριότητος, τὰ δ' ἔκτοτε διεσχισμένον εἰς θῆρας ἐμπηδῶντας τῇ τοῦ Ὀδυσσέως νηῒ καὶ συχνοὺς τῶν ἑταίρων καταβροχθίζοντας.

8. Ἦν δ' ἐν τῷ ἱππικῷ καὶ χάλκεος ἀετὸς ἀνακείμενος, τοῦ ἐκ Τυάνων Ἀπολλωνίου καινὸν μεθόδευμα καὶ τῆς ἐκείνου γοητείας μεγαλοπρεπὲς μαγγάνευμα. παραβαλὼν γάρ ποτε Βυζαντίοις παρεκλήθη τὰ τῶν ὄφεων κατευνάσαι δήγματα, ὑφ' ὧν ἔπασχον ἐκεῖνοι κακῶς· ἀμέλει καὶ συνερίθοις ταῖς ἀρρητουργίαις χρησάμενος ὧν ὑφηγηταὶ δαίμονες καὶ ὅσοι τὰ τούτων πρεσβεύουσιν ὄργια, ἐπὶ στήλης ἀνίστη-

1. σεμνώτατα O.

tiqua illa generis sui venerabilissima monumenta in officinam aerariam detulerunt. insuperque virum cum leone pugnantem, et Niliacum equum, qui a posterioribus partibus in caudam squamis opertam desinebat, elephantem, qui proboscidem vibrabat, Sphingesque, quae ab anteriori parte speciosae ut mulieres erant, a posteriore quasi ferae horribiles; singularis vero formae erant, quia quasi pedibus incedentes levi alarum motu ferebantur et cum avium maximis concertabant. itemque infrenatum equum aures arrigentem ac frementem lasciveque atque hilariter subsultantem. ad haec antiquum illud malum, Scyllam, quae a lumbis quidem femineam formam praeferebat, illamque proceram et vegetam, sed feritate plenam: exinde vero divisa erat in feras Ulyssis navem insilientes et amicorum eius multos devorantes.

8. Erat porro in Hippodromo Aquila aenea reposita, Apollonii Tyanei novum inventum eiusque praestigiarum nobile instrumentum. nam cum aliquando Byzantium venisset, rogatus est ut serpentium morsus sopiret, a quibus Byzantii vexabantur. tum ille nefariis usus ministeriis, quorum magistri daemones et quotquot eorum orgia per-

σιν ἀετόν, ἡδονὴν ἐνστάζον ψυχαῖς ὅραμα καὶ πεῖθον χρονοτριβεῖν τοὺς αὐτοῦ θέας κατατρυφῶντας, ὡς τοὺς ὑπέχοντας ἀκοὴν τὰ τῶν Σειρήνων δυσπαρόδευτα μελῳδήματα. διήρκει μὲν γὰρ ὡς εἰς πτῆσιν τὰς πτέρυγας, ὄφις δὲ τοῖς ποσὶν ὑποκείμενος καὶ λορδούμενος εἰς ὀλκοὺς ἀπεῖργεν αὐτὸν τῆς ἀναφορᾶς, οἷα τοῖς ἄκροις τοῦ σώματος ὡς πρὸς δῆγμα ἐγχρίπτων ταῖς πτέρυξιν. ἤνυε δὲ ὁ ἰοβόλος οὐδέν· ταῖς γὰρ τῶν ὀνύχων ἐμπερονηθεὶς ἀκωκαῖς ἔσβεστο τὴν ὁρμὴν καὶ ὑπνώττειν μᾶλλον ἐδόκει ἢ γοῦν πρὸς καταπάλαισιν τοῦ ὄρνιθος ταῖς ἐκείνου προσφύεσθαι πτέρυξι. καὶ ὁ μὲν ὄφις οὕτω πνέων τὰ λοίσθια καὶ τὸν ἰὸν εἶχεν ἑαυτῷ συνθνήσκοντα· ὁ δ' ἀετὸς γαῦρον ὁρῶν καὶ μονονουχὶ κλάζων τὰ ἐπινίκια ὥρμα συνεξᾶραι τὸν ὄφιν καὶ ἅμα οἱ δι' ἀέρος φέρεσθαι, τεκμαίρεσθαι τοῦτο διδοὺς τῷ χαροπῷ τοῦ βλέμματος καὶ τῇ νεκρώσει τοῦ ὄφεως, ὃν εἰπέ τις ἂν ἰδὼν ἐπιλελησμένον τῶν ἑλίξεων καὶ τοῦ δάκνειν εἰς ὄλεθρον καὶ τοὺς λοιποὺς Βυζαντίους ὄφεις τῷ καθ' αὑτὸν διασοβεῖν ὑποδείγματι καὶ πείθειν ταῖς χειαῖς συσπειρᾶσθαι καὶ παραβύεσθαι. οὐ μόνον δὲ κἀφ' ὅσα εἰρήκαμεν, ἀξιάγαστον ἦν τοντὶ τὸ ἀέτειον εἴκασμα, ἀλλ' ὅτι καὶ τὰ τῆς ἡμέρας ὡριαῖα τμήματα διὰ τῶν ἐν ταῖς πτέρυξι κεχαραγμένων γραμμῶν, οὐσῶν δυοκαίδεκα, τρανότατα ὑπεδήλου τοῖς τὰς ὄψεις ἐκείνῳ σὺν

2. τοὺς αὐτ.] τῆς? 12. κλώζων vulgo. 18. codices χρείας (vel χείραις) συμπειρᾶσθαι.

agunt, aquilam columnae imponit, spectaculum animis illecebras instillans, suadensque ut diutius tali conspectu fruantur, quemadmodum ii qui Sirenum cantus audiebant, difficile loco movebantur. et alas quidem quasi ad volatum explicuerat: at serpens pedibus subiectus sinuosisque flexibus obvolutus a volatu coërcebat illam, suprema corporis parte quasi ad mordendas alas erecta. verum nihil efficiebat venenatum animal: nam unguibus constrictum ab impetu coërcebatur, ac dormitare potius videbatur quam cum ave pugnare et ad alas eius pertingere. atque ita serpens tetrum spirans, suum una secum extinctum venenum continebat, cum interim aquila laeto aspectu, tantum non clangens pro victoria, quasi avolare et serpentem secum auferre tentabat; id quod ex aspectus hilaritate ac serpentis nece coniectandum relinquebat. quem serpentem qui vidisset, dixisset sane illum convolutionum ac letiferorum morsuum oblitum reliquos serpentes Byzantinos exemplo suo absterrere, ac monere ut conarentur sese in fissuras abdere. non solum autem ob ea quae diximus admiratione digna erat illa aquilae figura, sed etiam quia diurnas horas lineis duodecim in alis eius incisis clarissime indicabat iis

λόγῳ προσβάλλουσιν, ἡνίκα μὴ νεφέλαις ἐγνοφοῦτο τὰς ἀκτῖνας ὁ ἥλιος.

9. Τί δὲ ἡ λευκώλενος Ἑλένη καλλίσφυρός τε καὶ δολιχόδειρος, ἡ τὸ Πανελλήνιον εἰς Τροίαν ἀθροίσασα καὶ καθελοῦσα Τροίαν, ἐκ δὲ ταύτης προσωκείλασα Νείλῳ κἀκεῖθεν αὖθις εἰς ἦθη τὰ Λακώνων ἐπαναλύσασα χρόνιος; ἆρ' ἐμείλιξε τοὺς δυσμειλίκτους; ἆρ' ἐμάλθαξε τοὺς σιδηρόφρονας; οὐμενοῦν οὐδ' ὅλως τοιοῦτόν τι δεδύνηται ἡ πάντα θεατὴν τῷ κάλλει δουλαγωγήσασα, καίπερ ἐστολισμένη θεατρικῶς, καὶ δροσώδης ὁρωμένη κἂν τῷ χαλκῷ, καὶ ὑγραινομένη πρὸς ἔρωτα τῷ χιτῶνι, τῷ κρηδέμνῳ, τῇ στεφάνῃ καὶ τῷ πλοχμῷ τῶν τριχῶν· ὁ μὲν γὰρ ἀραχνίων λεπτότερος ἦν, τὸ δὲ δαιδάλεον ἐπανέκειτο, ἡ δὲ διέδει τὸ μέτωπον χρυσοῦ καὶ τιμαλφῶν λίθων ὑποκρινομένη διαύγειαν, ὁ δὲ τὸ τῆς κόμης κεχυμένον καὶ διασοβούμενον πνεύμασιν ὀπισθίῳ δεσμεύματι περιέσφιγγεν ἕως κνημῶν ἐκτεινόμενον. ἦν δὲ καὶ τὰ χείλη καλύκων δίκην ἠρέμα παρανοιγόμενα, ὡς καὶ δοκεῖν ἀφιέναι φωνήν· τὸ δὲ χάριεν μειδίαμα εὐθέως προσυπαντῶν καὶ χαρμονῆς πιμπλῶν τὸν θεώμενον, καὶ τὸ τοῦ βλέματος χαροπὸν καὶ τὰς ἀψῖδας τῶν ὀφρύων καὶ τὴν λοιπὴν εὐφυΐαν τοῦ σώματος οὐκ ἦν ὁποῖα ἦν διαγράψαι λόγῳ καὶ παραστῆσαι τοῖς ἔπειτα. ἀλλ' ὦ Τυνδαρὶς Ἑλένη, κάλλος αὐτόθεν καλόν, Ἐρώτων μόσχευμα, Ἀφροδίτης τημελούχημα, πανάριστον φύσεως δώρημα, Τρώων καὶ Ἑλλήνων βρά-

qui eius rei periti accederent, quando solis radii nubibus non obscurabantur.

9. Quid de Helena illa dicam albis lacertis, pulchris tibiis et procera statura, quae totam Graeciam in Troiam concivit Troiaeque excidii causa fuit, inde vero ad Nilum appulit, ac post longum tempus Lacedaemonem remigravit? num barbaros illos mitigavit? num ferreos emollivit? nihil sane huiusmodi efficere potuit, quae olim omnes spectatores captivos ducebat, etiamsi theatrico more vestita et tota roscida videretur, ac licet aere incisa tota humesceret ac vernaret et ad sui amorem pelliceret, ex tunica, ex redimiculo, ex corona, ex cincinnis capillorum, qui ipsis araneae filis tenuiores erant. mirum sane undique artificium eminebat: frons eius redimita auro et gemmis, quasi pellucida videbatur; capillitium effusum ac ventis agitatum circulo in occipite posito constringebatur, hinc vero ad tibias usque diffluebat. labia calycum instar sensim aperta, ut viderentur vocem emittere: hinc suavissimus risus sese statim offerens spectatorem laetitia replebat. oculorum gratiam, superciliorum arcus reliquamque corporis venustatem nullus sermo pro merito de-

βευμα, ποῦ σοι τὸ νηπενθὲς καὶ κακῶν ἁπάντων ἐπίληθες φάρμακον, ὃ Θωνός σοι παράκοιτις ἐχαρίσατο; ποῦ δὲ τὰ ἄμαχα φίλτρα; πῶς οὐκ ἐχρήσω τούτοις ὡς πάλαι καὶ νῦν; ἀλλ' οἶμαί σοι ταῖς Μοίραις πέπρωται τῇ τοῦ πυρὸς ὑποπεσεῖν ἐρωῇ, μηδ' ἐν εἰκόνι παυσαμένην ἀνακαίειν τοὺς ὁρῶντας εἰς ἔρωτας. εἶπον δ' ἂν ὡς καὶ ἀντίποινα τοῦ τὴν Τροίαν ᾗθαλῶσθαι πυρὶ ταῖς σαῖς σχετλίως φρυκτευθέντι φιλότησιν οἱ Λίνειάδαι οὗτοι πυρί σε κατέκριναν. ἀλλ' οὐκ ἐᾷ με τὸ χρυσομανὲς τῶν ἀνδρῶν διανοήσασθαί τι τοιοῦτον καὶ φθέγξασθαι, ὑφ' οὗ τὰ σπάνια παντα χοῦ καὶ καλῶν κάλλιστα ἔργα παντελεῖ ἀφανισμῷ παρεπέμφθησαν, εἰπεῖν δὲ καὶ τὸ τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας ὀβολῶν μετρίων πολλάκις ἀποδιδόναι καὶ ἀποπέμπεσθαι, καὶ μᾶλλον εἰ προσανέχουσι τηλίᾳ καὶ προστετήκασι πεττοῖς πανημέριοι, ἢ καὶ πρὸς ὁρμὴν ἄλογον καὶ μανιώδη, οὐ μὴν ἀνδρείαν ἔμφρονα κατ' ἀλλήλων ἐνθουσιῶσι καὶ τὴν Ἄρεος σκευὴν περιτίθενται, τῆς νίκης πρὸ τιθέντες ἄθλον πάντα τὰ προσόντα σφίσιν, αὐτὰς τὰς κουριδίους ἀλόχους, ἐξ ὧν πατέρες ἠκηκόεισαν τέκνων, ἔτι δὲ τὸ μέγα χρῆμα καὶ τοῖς ἄλλοις δυσπαραίτητον, τὴν ψυχήν, καὶ ἧς ἕνεκα τὰ πάντα περισπουδάζουσιν ἄνθρωποι. ἄλιος τε ποῦ παρ' ἀγραμμάτοις βαρβάροις καὶ τέλεον ἀναλφαβήτοις

8. σε add Fabricius. 13. τῇ λείᾳ vulgo.

pingat et posteris tradat. verum o Tyndaris Helena, ipsa per se pulchritudo, Cupidinum areola, Veneris sollicitudo, praestantissimum naturae donum, Troianorum et Graecorum bravium: ubi tuum illud remedium luctus atque malorum omnium oblivionem inducens, quod tibi a Thonis uxore oblatum est? ubi invictae illae illecebrae tuae? cur non illis usa es ut olim utebaris? sed puto tibi fatis destinatum esse ut in potestatem ignis venires, quae vel in imagine tua spectatores inflammare non cessabas. dixerim Aeneadas istos in ultionem Troiae, ob amores tuos incendio datae, te vicissim igni damnasse. at id nec dicere nec cogitare sinit hominum insana auri cupiditas; qua rara quaecunque ac pulcherrima omnium opera in exitium undique deducta sunt. illud quoque dicendum, ipsos uxores plerumque suas paucorum obolorum pretio vendere et dimittere, praedaque maxime inhiare, diesque lusu talorum transigere, ac insano furiosoque impetu, non prudenti fortitudine in mutuum bellum ferri. ita bellico Martis apparatu instruuntur, ut victoriae praemium ponant bona propria, legitimas uxores, ex quibus filios susceperunt. insuperque rem magnam, et quam alii aegre dimittunt, animam; cuius conservandae causa nullam non sollicitudinem gerunt homines. caeterum qua tandem ratione fieri potest ut barbaris litterarum imperitis, quibus ipsae litterarum formae prorsus incognitae sunt,

ἀνάγνωσις καὶ γνῶσις τῶν ἐπὶ σοὶ ῥαψῳδηθέντων ἐκείνων ἐπῶν; „οὐ νέμεσις Τρῶας καὶ ἐϋκνήμιδας Ἀχαιοὺς τοιῇδ' ἀμφὶ γυναικὶ ἄλγεα πάσχειν· αἰνῶς ἀθανάτῃσι θεαῖς εἰς ὦπα ἔοικεν."

10. Δοτέον μοι ἐκεῖνο τῷ λόγῳ. ἀνέκειτο ἐπὶ στήλης νεοειδὲς τὴν ὄψιν γύναιον, αὐτὸ τῆς ἡλικίας ἄγον τὸ χαριέστατον, εἰς τοὐπίσω τὴν κόμην ἀναδούμενον ἐπ' ἀμφότερα τοῦ μετώπου συνεστραμμένην, οὐχ ὑπεραιωρούμενον ἀλλ' ὡς ἁπτὸν εἴη τοῖς ἐς αὐτὸ τὰς χεῖρας ἐκτείνουσι. τούτου δὴ τοῦ μορφάσματος ἡ δεξιὰ χείρ, μηδενὸς ὑπόντος ἐρείσματος, ἄνδρα ἔφιππον ἀφ' ἑνὸς ἱππείου ποδὸς ἐπὶ παλάμας ἀνεῖχεν ὡς οὐδὲ σκύφον κεράσματος ἕτερος. ἦν δ' ὁ μὲν ἀναβάτης σφριγῶν τὸ σῶμα, φραττόμενος θώρακι, κνημῖσι τὼ πόδε περιστελλόμενος, πνέων ἀτεχνῶς πόλεμον· ὁ δὲ ἵππος ἀνίστη τὸ οὖς ὡς πρὸς σάλπιγγα, ὑψηλὸς τὸν αὐχένα, τὰς ὄψεις θριμὺς καὶ τὸν ἐκ τοῦ θυμοῦ δρόμον προφαίνων τοῖς ὀφθαλμοῖς· οἱ δὲ πόδες ἀνεφέροντο ἀέριοι τὸ πολεμικὸν ἐπιδεικνύντες σάλευμα.

11. Μετὰ δὲ τὸ εἴκασμα τουτὶ ἄγχιστα τοῦ τῶν τετρώρων ἑῴου καμπτῆρος, ὃς ἐπεκέκλητο τοῦ Ῥουσίου, ἀρ-

5. fortasse haec statua, qua Heynius l. c. p. 28. 29 fortunam urbis repraesentatam esse iudicat, ipsam certaminum, quae in hippodromo fierent, fortunam indicabat. 10. μορφώματος O. 13. θώρακι Wilkenus pro σώματι. 20. loquitur Nicetas de Taraxippo, qui teste Pausania VI 20 in stadio quoque Nemaeo lapis erat rubri coloris (πέτρα ὑπὲρ τῶν ἵππων τὴν καμπὴν ἀνεστηκυῖα χρόαν πυρρά). cf. Aloysii Hirt histor. Architecturae III p. 146.

innotescant haec carmina in tui honorem concinnata? non erat indignum certe, tot funera Troas, tot mala pro tali Danaos tolerasse puella coelicolis simili, formae splendore, deabus.

10. Addatur et illud. columnae insidebat iuvenili specie mulier, ipsum amoenissimum aetatis florem referens, cuius coma retro colligata, ex utraque frontis parte contracta: neque adeo sublimis erigebatur, sed ita ut posset extensa manu facile tangi. huius porro statuae dextra manus, nullo fulcro sustentata, equitem ab uno equi pede palma sustinebat, tanta facilitate quanta ne scyphum quidem alius tolleret. erat autem sessor robustus corpore, tectus lorica, tibiisque ocreatus, bellum plane spirans. equus vero aures arrigebat quasi ad tubae clangorem, alto collo, acri oculorum acie, atque oculis prodens iram ardoremque procurrendi; pedes sublimes in aëre ferebantur bellicum motum indicantes.

11. Post illam statuam proxime Orientalem quadrigarum metam, quae Rusii (i. e. rubri) nomine appellabatur, aurigarum sta-

ματηλάται ἄνδρες ἀνεστήλωντο, τῆς διφρευτικῆς προγράμματα δεξιότητος, μονονουχὶ διαπρυσίως τῇ διαθέσει τῶν χειρῶν τοῖς διφρηλάταις παρεγγυώμενοι ὡς χρὴ προσπελῶντας τῇ νύσσῃ μὴ ἐρεῖναι τὰ χαλινὰ ἀλλ' ἐγκλίνειν ἀνασειρασμῷ τοὺς ἵππους καὶ συνεχεῖ καὶ σφοδροτέρῳ χρῆσθαι τῷ μύωπι, ὅπως περικλώμενοι τῆς νύσσης ἐχόμενα ἐῶσι τὸν συντρέχοντα ἀντίτεχνον τὴν ἐκ περιόδου ἑλᾶν καὶ ὕστατον ἔρχεσθαι, κἂν ἵππους δρομικωτέρους ἡνιοχῇ καὶ τὴν ἀμιλλητήριον τέχνην ὁρῷτο εὐπαίδευτος.

12. Ὁ δὲ λόγος καὶ ἄλλο τι προσθήσει τοῖς εἰρημένοις· οὐδὲ γὰρ συγγράψασθαι τὰ πάντα προύθετο. χάριεν τὴν θέαν καὶ τὴν τέχνην μικροῦ τῶν πάντων θαυμασιώτερον βάσις ἦν λιθίνη καὶ ἐπ' αὐτῆς χαλκήλατον ζῷον, παρὰ τοσοῦτον οὐκ ἀναμφήριστον βοῦν εἰκονίζον παρ' ὅσον βραχύκερκον ἦν μηδὲ βαθεῖαν καθεικὸς φάρυγγα, οἵαν οἱ Λίγύπτιοι βόες τρέφουσι, μήτε μὴν χηλαῖς ὁπλιζόμενον. συνεῖχε δὲ τοῦτο ταῖς γένυσι καὶ εἰς πνῖγμα συνέθλιβε ζῷον ἕτερον, δι' ὅλου τοῦ σώματος λεπίσι θωρακιζόμενον οὕτω τραχείαις ὡς καὶ ἐν χαλκῷ λυπεῖν τὸν ἁπτόμενον. ἦδετο δὲ τὸ μὲν βασιλίσκον εἶναι τὸ δὲ ἀσπίδα, τὸ συμμαρπτόμενον τούτου τῷ στόματι· οὐκ ὀλίγοις δὲ τὸ μὲν Νειλῷος βοῦς τὸ δὲ κροκόδειλος εἶναι εἰκάζετο. ἐμοὶ μὲν οὖν οὐ μέλον τοῦ τῶν δοξῶν ἀνομοίου, εἰπεῖν δὲ τὸ καινήν τινα τὴν πάλην ἀμφότε-

tuae erigebantur quasi programmata rhedariae dexteritatis: situ manuum tantum non clare rhedariis praecepta dantes, quod ad metam accedentes non oporteret habenas laxare, sed retrahendo frenum equos flectere, ac frequentius vehementiusque calcar addere, ut proxime metam conversi instantem adversarium cogerent latiorem circuitum decurrere ac postremum adventare, etiamsi velocioribus equis veheretur atque artem aurigandi probe calleret.

12. Enimvero haec quoque addere visum est, quamquam in proposito non est omnia perscribere. gratiosum spectaculum et artificio omnium pene mirabilissimum basis erat lapidea, cui impositum animal, quod eatenus nonnisi dubitanter bovem repraesentare iudicavisses, quatenus brevissima cauda neque tam amplis palearibus instructum erat, cuiusmodi sunt Aegyptii boves; neque eius ungula erat bisulca. ipsum vero maxillis admotum tenebat aliud animal constrictu praefocans, quod toto corpore squamis muniebatur, ita asperis ut sine laesione vix contingi posset. putabatur autem alterum esse basiliscus; alterum vero, quod ad os illius admotum et constrictum tenebatur, pro aspide habebatur. nec deerant qui coniecterent alterum Niliacum bovem, alterum vero crocodilum esse. ego vero nihil curo sententiarum varietatem. dicam solum novum quod-

ρον τίθεσθαι, καὶ δρᾶν ἐν μέρει καὶ πάσχειν κακῶς ὑπ' ἀλλήλων ἑκάτερα, ὀλλύναι τε καὶ ὄλλυσθαι, καὶ κρατεῖν ἐν ταὐτῷ καὶ κρατεῖσθαι, καὶ νικᾶν ἄμφω καὶ ὑπ' ἀλλήλων καταπαλαίεσθαι. τὸ μὲν γάρ, ὃ καὶ φημιζόμενος βασιλίσκος, διῳδήκει ἅπαν ἐκ κεφαλῆς ἕως καὶ αὐτοῦ τοῦ τῶν ποδῶν πέλματος, καὶ κατιωμένον ὅλον τὸ σῶμα καὶ ὑπὲρ τὸ βατράχειον χρῶμα ἐχλώριζε, τοῦ φαρμάκου διαδραμόντος τὴν τοῦ ζῴου ξύμπασαν διαρτίαν καὶ εἰς θάνατον χρώσαντος· εἰς γόνυ τοίνυν συνίζανε, τὸ ὄμμα ἔσβεστο τῆς ζωτικῆς ἐκμαρανθείσης δυνάμεως. μᾶλλον μὲν οὖν ἐδίδου τοῖς ὁρῶσι δοξάζειν ὡς πάλαι ἂν ἀνατέτραπτο νεκρωθέν, εἰ μὴ τῶν ποδῶν αἱ βάσεις ὑπήρειδον καὶ πρὸς στάσιν ὑπανεῖχον ὄρθιον. ἦν δὲ καὶ θάτερον ὁμοίως, τὸ ταῖς γένυσιν ἐνισχόμενον, βραχὺ μὲν τὸ οὐραῖον ἀσπαῖρον, μέγα δὲ κεχηνὸς τῇ ἀπάγχεσθαι τῇ τῶν γομφίων ξυνοχῇ· καὶ ξυντείνεσθαι μὲν ἐῴκει καὶ ὁρμᾶν πειρᾶσθαι τοῦ τῶν ὀδόντων ὅρκους διεκδῦναι καὶ διεκπεσεῖν τοῦ χάσματος, οὐκ ἴσχυε δέ, ὅτι τὰ μετὰ τοὺς ὤμους εὐθὺς καὶ τῶν ποδῶν τοὺς ἐμπροσθίους, καὶ ὅσα τῷ οὐραίῳ συνήπτοντο μέρη τοῦ σώματος, ἡ τοῦ στόματος ξυνεῖχε διάστασις καὶ ταῖς γένυσιν ἐνεπείρετο. καὶ τὰ μὲν οὕτως ἦσαν ὑπ' ἀλλήλων νεκρούμενα, καὶ κοινὴ μὲν ἀμφοῖν ἡ ἅμιλλα, κοινὴ δὲ καὶ ἡ ἄμυνα, ἰσοπαλὴς δὲ ἡ νίκη, σύντροχος δὲ καὶ ὁ θάνατος. ἐμοὶ δ' ἔπεισιν εἰπεῖν ὡς τὸ

6. τέλματος O. 9. τὸ] καὶ τὸ? 20. διάτασις?

piam certandi genus in utroque spectatum esse, ita ut ambo malum inferrent et acciperent, utrumque adversarium conficeret et vicissim conficeretur, superaret et superaretur: ambo igitur vincebant et vincebantur. nam alterum quidem, pro basilisco habitum, a capite usque ad calcem pedum intumescebat, atque aeruginosum toto corpore ranae colore viridius erat, quia virus totos animalis artus occupaverat et mortis colorem induxerat; in genu itaque flexum erat, oculorum acies extincta, vitali fortitudine marcescente; imo vero aestimandum spectantibus relinquebat iam diu mortuum lapsurum fuisse, nisi plantae pedum sustinuissent ac per se suapte forma erectum servassent. alterum item animal maxillis constrictum, iam remissius caudam movens, hianti ore, quod molaribus premeretur, contendere videbatur ut a septo dentium et a morsu sese eriperet. nec poterat tamen, quia cum humeris et anterioribus pedibus corporis partes, quae caudae iunctae erant, in oris hiatu continebantur maxillisque confixae erant. atque ita sese illa mutua caede conficiebant, ac commune certamen erat et aequalis utrinque victoria, par exitium. mihi autem in mentem subit dicere, mutuas caedes et

φθείρεσθαι παρ' ἀλλήλων καὶ σὺν ἀλλήλοις ἀπάγεσθαι τὴν ἐς θάνατον τὰ τῶν κακῶν κηρεσιφόρα καὶ ἀνθρώποις ὀλέθρια μὴ μόνον ἐν εἰκόσιν εἴη διατυποῦσθαι, ἢ καὶ τοῖς ἀλκιμωτέροις τῶν ζῴων τοῦτο ἐπισυμβαίνειν, ἀλλὰ καὶ παρ' ἔθνεσι συχνάκις γίνεσθαι, ὁποῖα τοῖς Ῥωμαίοις ἡμῖν ἐπεστράτευσε, φονῶντα κατ' ἀλλήλων, ὀλλύμενα δυνάμει Χριστοῦ τοῦ διασκορπίζοντος ἔθνη τὰ τοὺς πολέμους θέλοντα καὶ μὴ χαίροντος αἵμασιν, ὃς καὶ δίκαιον ἐπ' ἀσπίδα καὶ βασιλίσκον δείκνυσιν ἐπιβαίνοντα καὶ λέοντα καταπατοῦντα καὶ δράκοντα.

letifera perniciosaque ad exitium vergentia mala non solum in imaginibus exprimi posse, neque apud robustissima solum animalia contingere, sed etiam apud gentes plerumque, quae nobis Romanis bellum intulerunt: illae scilicet mutuam adversus se ipsas caedem sectantes, periere virtute Christi dissipantis gentes quae bellum volunt, neque sanguine gaudentis; qui etiam iustum super aspidem et basiliscum ambulantem exhibet, et conculcantem leonem et draconem.

ANNOTATIONES.

VARIAE LECTIONES
ET ANNOTATIONES
IN NICETAE CHONIATAE HISTORIAM
PER HIERONYMUM WOLFIUM.

Pag. 3, 3. *ed. Bonn.* *Νικήτου Ἀχωμινάτου Χωνιάτου*] Nicetas Latinis Victor est sive Vincentius, Acominatus gentilitium nomen, Choniates patrium, a Chonis Phrygiae urbe, ex qua oriundum se fuisse crebro gloriatur. caetera sunt dignitatum vocabula. Logothetam ipse Cancellarium interpretatur. *ἔφορος καὶ κριτὴς τοῦ βήλου* quid sit, certo affirmare non possum. videtur tamen *βῆλον* Latinum esse; idque ex aliquot locis Constantini de Administratione Romani Imperii constare potest. *ἔνδον*, inquit, *τοῦ βήλου τοῦ κρεμαμένου εἰς τὴν καμάραν* etc. et *εἰσέρχονται ἐν τῷ βήλῳ τῷ κρεμαμένῳ εἰς τὸ ἅγιον φρέαρ*. item *διὰ τῶν βήλων ὑπὸ τῶν σελεντιαρίων συρομένων*. fortassis secretiorem et selectum iudicem per Velum intelligit, ob ritum aliquem mihi incognitum. magnae fuisse dignitatis munus ex huius historiae lectione apparet; cuiusmodi apud nos, etsi longe minus, est Camerae imperii assessorem esse. *ὁ γενικὸς ἐπὶ τῶν κρίσεων καὶ ἔφορος* fortassis praetor fuit. P. 417 V. 342

Ad prooemium huius auctoris, ubi suum perspicuitatis studium iactat (p. 5, 20), homo quidam, ut apparet, non insacetus, fortassis Alexander Chartophylax, diaconus Cpolitanus, qui codicem manu sua scriptum Iohanni Dernschwan vendidit, annotavit:

οὐκ οἶδα τί φῂς ἐνθάδε, Χωνειάτα.
σοφὸν τὸ σαφὲς συγγράφων εἶναι λέγεις,
εἶτα γρυφώδη καὶ βαραθρώδη γράφεις;
quid istud est? quid Choniata vis tibi?
orationis lucidum probas decus,
tenebricosus instar ipse Tartari?

nec mehercule sine causa. nam ex affectatione nescio cuius insolentis elegantiae et poeticae dictionis aemulatione in salebras saepe incidit; et duris, ne ineptis dicam, utitur metaphoris, in Prooemio praesertim, ubi cum primis disertus videri cupit. quodsi totam historiam simili oratione involvisset, in Latomias ire quam molestiis conversionis conflictari maluissem. sed quia tolerabiliter loqui incipit quum ad rem ipsam ventum est, hanc quoque operam studiosis historiarum dare volui, ut Zonarae opus hac appendice plenius redderetur, ea tamen libertate usurpata ut sententias auctoris appendam, verba annumerare non necesse habeam. ut autem in illo feci, ita hic etiam obscuriora loca et varias
P. 418 lectiones annotabo. usus enim hic quoque sum duobus codicibus, quorum alterum D. Antonii Fuggeri, alterum herilis bibliotheca suppeditavit. accessit tandem, ut in Zonara quoque, praeter expectationem meam, tertius Augustanae rei publicae codex, vetustus admodum, principio et fine mutilus, nec reliquis partibus ubique incolumis. qui si integer fuisset, eum solum et in exscribendo et in convertendo secutus essem: videtur enim ex germano auctoris archetypo bona fide descriptus, et eam simplicitatem prae se fert quae in hoc prooemio promittitur, ne barbaris quidem vocabulis evitatis; quae causa aliis fuisse videtur ut paraphrasin (utinam minus affectatam) huius operis scribendam susceperint et de suo non pauca ornandae orationis ergo addiderint. in Byzantino codice non modo complures versus, sed pluribus in locis etiam integra folia, eaque sub finem operis amplius XV, defuerunt; quae ego ex herilis bibliothecae codice describenda curavi et converti, tutius esse ratus supervacanea addere quam minus necessaria praetermittere, praesertim cum vetustus quoque codex easdem res, licet diverso genere orationis, contineret.

P. 4, 4. *πολυπειρίας ὑποτιθέασιν ὁπόσοι*] ambiguum est, utrum historiae multiplicem experientiam eorum qui magnis ingeniis praediti atque ab ipsa natura ad decus et honestatem conformati sunt proponant, an vero homines ingeniosi duntaxat et virtutis amantes varia exempla rei bene gerendae ex historiis petere soleant. incertum enim est, utrum post τὸ *ὑποτιθέασιν* subintelligendum sit *ἐκείνων* an *ἐκείνοις*. fortasse scriptori Thucydidis salebrae placuerunt, qui oracula potius quam historiam scribendam suscepit.

P. 4, 14. *τοῦ μὲν ἐς ἅδου βέβηκεν ἡ ψυχή*] imitatio Homerica magis, *ψυχὴ δ' ἄϊδόσδε βέβηκε*, quam Christiana. quare ego, evitatis quantum licuit istiusmodi ineptiis, reposui ea quae nec a religione nec ab usitata loquendi ratione abhorrere videbantur. consilium meum doctis et candidis

haud dubie probabitur. si qui autem semidocti et scrupulosi homunciones vel negligentiam vel licentiam vel inscitiam meam accusabant, τούτοις ἐγὼ χαίρειν καὶ ἐρρῶσθαι φράσω. neque enim tanta res est, et a natura et studiis meis alienum ut quenquam cupiam κλαίειν καὶ οἰμώζειν. illud vellem, si quid optando proficeretur, in plerisque lectoribus aut minus esse arrogantiae aut plus eruditionis et industriae.

P. 5, 9. ἀνεχρίμψατο τὴν ψυχήν] *excreavit animam;* ut Zonaras saepe ἐξηρεύξατο *eructavit*, sed de impiis fere tantum.

P. 5, 11. τριχόρωνοι] qui trium cornicum aetatem vixerunt, i. e. 300 annos. notum est quid Virgilius ex Hesiodi auctoritate de cornicis aevo fabuletur, his versibus:

ter binos deciesque novem superexit in annos,
iusta senescentum quos implet vita virorum:
hos novies superat vivendo garrula cornix.

P. 5, 13. τὰς τῶν πράξεων ῥύσσας ἀνασκάλλοντες] *rerum gestarum rugas refodientes.* quis istas elegantias non despuat?

P. 5, 20. ἐπεὶ δὲ ὡς καὶ ἄλλοι ξυμβαλεῖν ἔχουσι] prolixa et intricatissima periodus. e quibus salebris me vix quidem, sed expedivi tamen, ut arbitror: multum certe laboravi.

P. 7, 11. ἄρξαντος πρώτως Ἀλεξίου] respicit ad sua potissimum tempora, ut arbitror: nam longe ante Alexium Isaacius Comnenus post Michaelem Stratioticum imperavit; V. 343 cui Constantinus Ducas successit, ut refert Zonaras.

P. 10, 16. ἡ βασιλὶς δὲ Εἰρήνη καὶ μήτηρ Ἰωάννου] P. 419 Choniates nimium solicitus, ut apparet, ne quis error ex propriis nominibus existat, epitheta supervacanea adiicit. Irenen esse imperatricem et Iohannis matrem satis intelleximus, neque periculum est ne nunc alia Irene intelligatur. quare has et similes περισσολογίας omittere non dubitavi. idem etiam feci in supervacanea propriorum nominum repetitione aut pro relativis pronominibus collocatione molesta et odiosa.

P. 10, 24. καὶ βαλοῦσα ἑαυτὴν τῷ σώματι] pro ἐπικειμένη τῷ σώματι τοῦ ἀνδρός.

P. 11, 1. ὡς κρήνη μελάνυδρος] *ut fons nigrae aquae.* aptior fuisset Choniates scribendo poemati quam historiae, propter Homeri diligentem imitationem. haec epitheta et εἰκόνες quam historiam deceant nescio. εἰκόνας omittere vix ausim, nisi nimium frequentes et licentes fuerint. epitheta vero non ubique mihi interpretanda esse duxi. cuius rei lectorem semel admonitum etiam deinceps meminisse velim, ne quod iudicio factum est, inscitiae aut negligentiae tribuat.

P. 12, 1. *αἱ πύλαι τοίνυν*] videntur hic quaedam deesse. et Zonaras in Alexii Comneni vita scribit Barangos nonnisi iureiurando firmata fide de Alexii obitu ingressum palatii concessisse. quae de ratione aperiendae portae scribit, me non satis intelligere fateor. illud etiam obiter notandum, ut Latini fores, sic Graecos *πύλας* plurali numero fere usurpare.

P. 12, 6. *διαρπάζειν τὸ προστυχόν*] eam consuetudinem Romae esse ferunt pontifice mortuo.

P. 12, 13. *τοῖς τέσσαρσι*] sc. *μησί*.

P. 13, 11. *Σεβαστοκράτορος*] hunc Augustimperatorem fortassis dicere liceret. malui tamen retinere Graecum, ut et in aliis. *πρωτοβεστιάριος* a thesauris fuisse videtur: nam vetustus codex Augustanae bibliothecae, ubi reliqui habent *βασιλικὸν ταμιεῖον ἢ χρυσῶνα*, ponit *βεστιάριον*. *παραχοιμώμενον* vel cubicularium vel accubitorem vertere possis. si paracoemomenon dicas, nescio quomodo aures *τὸ κακόφωνον* aversantur.

P. 14, 12. *προκοίτων*] cubicularium verti, generali vocabulo, propter *κακοφωνίαν* Procoeti. significat eum qui vel ante cubiculum vel ante cubile ministrat. Byzantini palatii dignitates et ministeria omnia non satis intelligi, etiam is fatetur qui *τὰ ὀφφίκια τοῦ παλατίου* descripsit; quem libellum una cum aliis ad Graecam historiam intelligendam utilibus nobilis et ingeniosus adolescens Raphael Saylerus aliquando, uti spero, in lucem dabit.

P. 14, 15. *ἀποβαίνειν τοῦ ἵππου, καὶ τούτῳ ἀπονέμειν*] hunc honorem omnibus Turcis a Christiano quolibet necessario habendum esse scribit Bartholomaeus Georgievicius.

P. 15, 8. *τῆς τῶν ἐπιστημιῶν πασῶν ἐπόχου φιλοσοφίας*] *philosophiae omnibus scientiis insidentis*, id est complectentis aut certe superantis omnes scientias, omnium artium principis et reginae. eruditionis huius Annae meminit etiam Zonaras; et Wilhelmus Xylander, doctissimus iuvenis, in Augustanae rei publicae Graeca bibliotheca viginti libros de rebus gestis Alexii Comneni huius Annae nomine extare mihi dixit, sive illi ab ipsa sive iussu eius scripti sunt. nam regibus et principibus non difficile est esse disertis, qui quod per alios fecerint, per se fecisse videntur, ut Iurisconsulti statuunt.

P. 15, 9. *ἐδείκνυτο μέλημα*] i. e. *ἐπεμελεῖτο*, studiosis-
P. 420 sima erat, studium prae se ferebat. nisi quis passive accipere malit, *alumna erat philosophiae*, sensu eodem recidente.

P. 15, 20. *τὰ πολλὰ plerumque* significat. malim hic *πολλὰ* sine articulo.

P. 15, 21. *αὐτῇ μὲν ἐνδιασχ. quod sibi membrum introvertisset et excavasset, Bryennio vero extendisset et re-*

tundasset. nimium videtur hic *φυσικῶς* et parum *ἠθικῶς* philosophari nostra philosopha: alioqui et ambitioni et linguae suae imperasset.

P. 18, 8. *βαφὴν σιδήρου*] utrum intelligat, cum ferrum candens aqua extinguitur, an iniunctionem aliquam aut colorem, non satis scio.

P. 22, 10. *πέλυξιν ἑτεροστόμοις*] Suidas: *ἑτερόστομος φάλαγξ καλεῖται, ἤ τις πορεύεται τὸ μὲν ἡγούμενον ἡμισὺ ἔχουσα ἐν εὐωνύμῳ παραγωγῇ, τουτέστι τοὺς ἡγεμόνας ἐξ εὐωνύμου, τοῦ δὲ ἡμίσεος τοὺς ἡγεμόνας ἐν δεξιᾷ παραγωγῇ.* quid autem sit *ἑτερόστομος πέλυξ*, nusquam invenio. *τὸ ἕτερος* in compositione plerumque significat alterum duntaxat ex duobus, ut *ἑτερόφθαλμος* coclitem. ego vocem non intellectam iis interpretandam relinquo qui armaturam et vestitum veterem atque exoticum intelligunt; in quo genere philosophari mihi adeo non licuit, imo neque libuit, ut nostratia vix assequar.

P. 22, 22. *συνειλεγμένας*] rectius legitur *συνειλημμένας*, id quod alter codex habet.

P. 25, 3. *ἀγκοινήσει*] aliquando scribitur *ἀγκωνίσει*. haud scio an *παρὰ τὸν ἀγκῶνα* fiat *καὶ τὸ ἀγκωνίζεσθαι*, a gestu equitum hastas in hostem dirigentium, an *παρὰ τὸ ἀναχινεῖν*.

P. 25, 16. *ἀγυρτίᾳ*] magnum Etymologicum *ἀγύρτην παρὰ τὸ ἀγείρειν* deducit, *τὸ περιιέναι καὶ περινοστεῖν ἐπὶ νίκῃ ἤ ἑτέρῳ τινὶ τοιούτῳ*, et interpretatur non tantum *ἀλαζόνα, ψεύστην, λωποδύτην, ἐπαίτην, ἀπατεῶνα*, sed etiam *φιλοκερδῆ*; quanquam reliquae etiam virtutes fere in id genus hominum quaestui deditum cadunt, qui tum demum non fallunt quum fallere sine detrimento suo nequeunt, ut recte Lucani versus ad eos quoque detorqueri queant.

nulla fides pietasque viris qui lucra sequuntur,
vaenalesque manus: ibi fas, ubi maxima merces.

et Ovidius in Fastis mercatorem vota Mercurio facientem inducit, ut cum maximo emolumento sine fraude sua peierare liceat. quos versiculos, quia elegantes sunt et contagium hoc in omnes fere ordines serpsit, ascribere libet.

et peragit solita fallere voce preces. V. 344
ablue praeteriti periuria temporis, inquit,
ablue praeterita perfida verba fide.
sive ego te feci testem, falsove citavi
non audituri numina vana Iovis,
sive deum prudens altum divamve fefelli,
abstulerint celeres improba verba Noti;
et pereant veniente die periuria nobis,
nec curent superi, si qua locutus ero.

da modo lucra mihi, da facto gaudia lucro,
et face ut emptori verba tledisse iuvet.
talia Mercurius poscentes ridet ab alto,
se memor Ortygias surripuisse boves.

P. 421 *P.* 34, 13. *αἱ μηχαναί*] utrum bombardas eo tempore habuerunt Graeci, an aliud machinarum genus id fuit?

P. 34, 21. *συώδη ὁρμήν*] porcorum aut aprorum potius more. *σῦς* enim et *κάπρον* et *χοῖρον* significat.

P. 35, 2. *Ῥωμαίων παλίγγλωσσοι χλευασμοί*] ambiguum est utrum dicat Anabarzaeos subinde irrisisse Romanos, an a Romanis vicissim subsannatos esse.

P. 35, 4. *πετρόβολα ὄργανα*] fortasse balistas maiores sic appellat.

P. 36, 6. *καὶ λίζιον ἑαυτῷ*] vetustus Augustanae reipublicae codex hic alium ordinem habet, transpositis utique paginis aliquot. pro *δείξας* habet *ἑαυτὸν ποιήσας*. vox pro *λίζιον* posita ob evanidos characteres legi non potest. *λίζιος* quid sit, ipse auctor alio loco declarat.

P. 41, 15. *μικροῦ ποδηνέμοις ὀχήμασι*] *equis velocissimis provecti*. *ὄχημα* huic auctori subinde non vehiculum sed equum significat, ut alter codex *ἄλογον* quoque crebro pro equo ponit.

P. 41, 21. *Ameras* Turcarum reges aut principes dici affirmat Cuspinianus. reperitur hoc vocabulum apud Zonaram quoque saepius, sed eius significatio non explicatur.

P. 46, 4. *ἀναιδέστατοι*] nisi praecessisset *ἀνδρισταί*, pro *ἀναιδέστατοι* malim legere *ἀνδρειότατοι*: nam *ἀναιδέστατοι* non placet. vetustus codex pro *ἀναιδέστατοι* vocem habet quae legi non potest.

P. 46, 24. *ὀχημάτων*] *ἀλόγων* B. hinc coniicias, lector, non de vehiculis aut curribus eum loqui, sed de equis.

P. 47, 17. *αἱ δὲ τοῦ ἦρος περιτροπαί*] *κατὰ τὸν μάιον μῆνα*. alius codex habebat *αἱ τοῦ ἦρος τροπαί*, quod ego vernum aequinoctium interpretatus eram; quod est, cum sol mense Martio primum punctum Arietis ingreditur. tum enim
P. 422 fit ab hiberno frigore ad veris temperiem conversio, quanquam nos Germani etiam sub Calendas Maias aliquando non multo minus frigemus quam alii mense Februario.

P. 51, 19. *ἀφιλοσόφητον*] puto hic dici potius quod philosophiae consolationes vincat, quam cuius ratio reddi nequeat. litterarum et philosophiae expers, aut ineruditum, sententia non patitur. quare luctuosum aut funestum interpretandum censui.

P. 54, 10. *κάττυμα*] hic non puto pro soleis usurpari, sed pro cute pedi detracta.

P. 57, 13. *τὰς ἠπείρους*] Asiam et Europam intelligo.

legitur et apud Isocratem semel atque iterum ἑφ' ἑκάτερα τῆς ἠπείρου.

P. 63, 14. ἄγων σχολὴν τῶν ἐκτὸς] scilicet ἀνθρώπων, per otium, si nemo externus adesset.

P. 66, 11. ἡ τάξις] hanc veram lectionem esse arbi- V. 3 §5
tror. alter codex habebat πρᾶξις: unde putabam legendum ὡς ἐπανετέα ἡ πρᾶξις τῇ προνοίᾳ ὑφ' ἧς, et sic converteram: *atque id facinus divinae vindictae, gubernatrici rerum universitatis, commendans* etc. sed hoc vult Isaacius, laudandum esse ordinem quo non tantum imperia sed etiam mundi huius universitas gubernetur. vetustus codex habet καὶ ἄτακτα βοῶν, ὦ ἄνθρωποι, ὡς κατελύθη ἡ τάξις! ὡς νεουργοῦνται ἕτερα πράγματα! *immodeste vociferans: o cives, ut ordo est eversus! ut novae res instituuntur!*

P. 67, 1. τυποῦν αὐτοῖς] χορηγοῦν. ἢ τάττον. unde supra τύπος βασιλικὸς idem quod διάταγμα.

P. 70, 18. δυσξύμβλητος τοῖς πολλοῖς *difficilis aditu*, P. §23
παρὰ τῶν πολλῶν μισητὸς *vulgo invisus.* quod paulo gravius est; etsi morositatem odium plerunque, ut umbra corpus, sequitur.

P. 74, 8. περὶ οὗ δηλώσωμεν] περὶ οὗ. ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐλέξαμεν sive λέξομεν. scriptura enim parum perspicua est. fortassis τὸ ἔμπροσθεν pro eo ponit quod ante nos est, i. e. ad quod nondum pervenimus. barbaries enim non modo nova vocabula gignit, sed etiam veterum significationes mutat.

P. 75, 5. alter codex pro πλευστικῶν habet προσπλεόντων. verbum στρατειῶν redundare arbitror. neque enim militare est pendere sed extorquere tributum, et προσπλέοντας mercatores intelligo.

P. 74, 18. τοῖς τότε iis qui tum erant, illius aetatis hominibus. est περισσολογία Graeca, quae citra molestiam Latine vix exprimi potest, neque debet.

P. 75, 11. εὐάγκαλον] quod ulnis facile comprehenditur et tenetur, et proinde non iusto maius.

P. 76, 2. pro εἰ δὲ malim legere εἴ γε, nisi aliquid forte ante εἰ δὲ deest. et certe parum apte cohaeret oratio, quamvis utcunque sententia haec inde colligatur, qui malo aut occasionem praebuerit aut non obstiterit, mali auctorem habendum esse. ego pro τὸν ἀμύσαντα legi τὸν μὴ ἀμήσαντα, ab ἀμάω, non ab ἀμύω, addita negatione. est et illud ambiguum, utrum hic Puzenus an Iohannes imperator magis accusetur, an vero utriusque reprehensio coniungatur.

P. 76, 21. quid γνίφων sit, nusquam reperio; nec alibi hoc vocabulum me legere memini. γριπίζειν est piscari.

δυσγρίπιστος fortassis homo occulti animi aut occultator rerum suarum, cautus admodum, qui facile deprehendi non potest.

P. 77, 5. quis piscis sit σύαξ, non reperio. videtur a similitudine suis ita appellari, sive gustus sive forma spectetur.

P. 77, 14. τῷ μὲν λόγῳ] nota est illa oppositio, λόγῳ μὲν ἔργῳ δέ, *verbo* et *re ipsa*. sed hic de ingenio et dignitate agi existimo: nam alter codex habet tantum μετὰ τοῦτον ἔχων τὰ δεύτερα.

P. 78, 14. βλωμοῦ ἄρτον τίθησιν ἐνδεᾶ] ὑπερβολικῶς haec scribi existimo ad insignem fortunae mutationem et summam imperatoris alienationem declarandam.

P. 80, 2. καὶ τὸν ἀναδασμὸν] subintelligi potest εἰς τὸ παλίρρουν ἐβιάσατο: *eam quoque distributionem quam ipse ordinarat abrogavit*, nisi ἀναδασμὸν ἀντὶ δασμοῦ posuerit. tunc deesse videbitur verbum ἐπέταξεν aut aliud simile: *tributa pro sua libidine exegit.*

P. 79, 25. κληρωτὸν] alioqui est quod sortito contingit. hic pro vernis hereditate relictis aut ἀντὶ τῶν οἰκητῶν posuisse videtur.

P. 424 *P.* 80, 3. ἐκ τοῦ γνωμικοῦ] *sua sponte*, κατὰ προαίρεσιν. recentiorum Graecorum formula est. et herilis bibliotheca libellum habet περὶ γνωμικῶν θελημάτων *de libero arbitrio* aut *libertate voluntatis*, ut arbitror.

P. 79, 5. χρυσὸν] est auri thesaurus proprie apud hunc auctorem. ego fiscum verti, quia proprium non suppetebat ob Latini sermonis egestatem.

P. 79, 9. ἦν δὲ καὶ ἄλλως] liberius hunc locum verti, omissis iconibus et metaphoris ineptioribus. verba, si quis requirit, sic sonant: *alioqui etiam eo tempore conclavia publica ex hoc in illud eructabant, et ut colluvies aquarum redundabant, et aliquid ex iis quae continebant in externos et pauperes expuere volebant, quemadmodum uterus partui vicinus, qui plus quam maturi foetus onere praegravatur.*

P. 80, 5. ἐκ τοῦ μὴ κοτύλης] et hic sententiam potius quam verba sequutus sum, quae sic sonant: *quia non scobe cotylae egebat, sed plane Tyrrheno mari, ob sumptuum quos dilatarat amplitudinem.* pro ἅς lego δι' ἅς: nam praepositio διά, librarii negligentia praetermissa, turbat sententiam.

P. 81, 2. πτύα] nescio quis usus ventilabri sit in via complananda; nisi forte cribrum intelligat, quo glarea tenuior a crassiore separatur, aut πτύον aliquid aliud ei significet.

P. 84, 3. ταύταις ἐφομαρτεῖ] hic verba scrupulose persequi non necesse habui.

P. 84, 22. τῷ ἀδελφιδῷ] πέμπει τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ

Φρεδερεῖχον. Frederieum alter codex Conradi, alter fratris eius filium facit.

P. 85, 4. quid *χαοῦν* sit, nisi *εἰς χάος ἀναλύειν*, hoc est *ἀφανίζειν*, non video.

P. 87, 7. *εἰ καὶ τὰ στοιχεῖα*] alter addit *καὶ ὁ καιρὸς ὡς δοῦλα τοῖς Ῥωμαίοις ὑποτάσσονται.* V. 346

P. 87, 15. *περαίαν* hic intelligit Europaeam partem, cis Constantinopolim: nondum enim traiecerat. utrum vero *περαία* nomen appellativum an proprium sit, quod olim *πέρας*, nunc Peram sive Galatham vocent, affirmare non possum.

P. 89, 3. *βουλεύματα*] alter addit *καὶ συνάγματα.*

P. 90, 17. *ἅρματα*] an hic pro curribus ponat an vero pro armis more barbarico, incertum mihi est.

P. 90, 18. *ὡς εἰς νέωτα*] videtur hic posuisse pro *εἰς τὴν ἐπιοῦσαν.* alter codex habet tantum *πρωΐ.*

P. 96, 6. *οἱ τῶν Ἰταλῶν παῖδες*] *οἱ Ἀλαμανοί.* magna P. 425 est Graecorum negligentia in distinguendis gentium nominibus, quas appellant *πολυσπερέα γένη ἑσπέρια ἢ δυτικά.* confundunt Italos Siculos Latinos Alemannos Francos Gallos, tantis locorum et ingeniorum intervallis distinctos, *ἐπεὶ μάλα πολλὰ μεταξὺ οὔρεά τε σκιόεντα, θάλασσά τε ἠχήεσσα.* id inde accidisse reor, vel quod Germani magnam Italiae partem et Siciliae olim tenuerunt, vel quod Romanum pontificem summum sacrorum antistitem agnoverunt. eas vero gentes quae Byzantino imperatori paruerunt, Romanorum appellatione celebrant, quod semel in hoc loco admonuisse sufficiat.

P. 97, 9. apparet vel magistratus vel familiae alicuius cognomentum fuisse Gymnos.

P. 100, 25. *συναλειφόμενον*] *συναλειφομένους.*

P. 101, 1. *προφύλακα*] *πρὸς φύλακα.*

P. 104, 16. quid *τζαγκράτορες* sint, nondum reperi. verti autem funditores, non quod veram interpretationem eam redderem, sed quod non prorsus absurda videretur.

P. 104, 21. *ἐξ ἀφετηρίων*] subintelligitur *ὀργάνων ἢ μηχανημάτων.* quae qualia fuerint non declarat. vocabulum non male respondet vernaculo nostro *geschütz.* sed bombardae an eo tempore fuerint dubito. desideratur et hic diligentia historicorum, qui ea quae suae aetati nota fuerunt, etiam posteritati, subinde inventa veterum novis artibus abolenti, nota fore crediderunt. proinde neque balistas neque catapultas vertere ausus fui: tormenta nonnunquam verti generali vocabulo, quod non tantum cruciatum significat, ut apud Horatium *invidia Siculi non invenere tyranni maius tormentum*, sed etiam machinam bellicam, ut apud Ovidium in Metamorph. de Licha et Hercule: *misit in Euboicas tormento fortius undas.*

P. 104, 21. *ἀνώθουν ἢ ἀνήρειπτον*] Romani saxa tormentorum sursum trudebant ac potius in montem advolvebant. hoc videtur velle, ad summam difficultatem irriti conatus et Sisyphii laboris ostendendam. verbum *ἀνήρειπτον* quid sit, me ignorare fateor: neque ab *ἐρείπω* neque ab *ἔρπω* formatur. *ἐρείπτω* nusquam legi. si vero *ἀνέρριπτον* legas, id minus et tenuius videbitur quam *ἀνώθουν*. vetustus codex habet haec verba duntaxat plana et simplicia, *καὶ οὗτοι μὲν ἐβιάζοντο πρὸς ὕψος ἐπιρίπτειν τὰς πέτρας μετὰ τῶν πετροβόλων ὀργάνων*: quae ego in convertendo sum secutus.

P. 426 *P.* 107, 11. de Bogomilis vide Zonarae Alexium Comnenum; quanquam, ut fuit monachus ille socors et negligens, quae fuerit eorum haeresis non satis explicat.

P. 107, 12. intelligo *τὸ πομπεύειν* ignominiosam traductionem per urbem aut theatrum, qui *ἄτιμος θρίαμβος* aliquoties a Zonara dicitur, nisi quis existimet sacri ordinis ademptionem intelligendam, quae vulgo a sacrificulis *degradatio* dicitur.

P. 106, 6. *σοφίας δ' ἁπάσης μεταλαχών*] vetusti codicis verba longe planiora sunt. *ὁ δὲ Κοσμᾶς*, inquit, *οὗτος ἦν μὲν ἀπὸ τῆς πόλεως Αἰγίνης, διάκονος τὴν τάξιν, πάσης σοφίας ἔμπλεως, ἐνάρετος, καὶ ἐπὶ πλέον τῶν ἄλλων ἀρετῶν τῇ τῆς ἐλεημοσύνης ἐκαλλωπίζετο ὡραιότητι. οὕτω γὰρ ἐπὶ τῇ ἐλεημοσύνῃ ἐσεμνύνετο, ὡς καὶ τὸν χιτῶνα αὐτοῦ τόν τε ἐντὸς καὶ ἐκτὸς ἐπιδιδόναι πτωχοῖς καὶ τὴν σκέπην τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς, καὶ οὐ μόνον ἐξ ὧν εἶχεν ἐδίδου, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους. ᾠκονόμει παρέχειν τοῖς χρείαν ἔχουσιν.* paraphrastes vero noster postremam periodum plane obscuravit, ne dicam depravavit, quum scribit *καὶ πράγματα παρέχειν τοῖς ἀφ' ἑστίας μὴ διφῶσι μόνον αὐτά, ἀλλὰ καὶ πρὸς εὐπορίαν ἄλλων τυρβαζομένοις.* quae verba sic converteram: *suisque domesticis non solum illa requirentibus, sed etiam alienam opulentiam reprehendentibus negotium facesseret.* quae verba quid sibi velint, profecto nescio: adeo delirat ineptus elegantiae immodicae affectator, dum vel in id incumbit ut paraphrasi cum archetypo certet, vel summam orationis virtutem putat nihil propriis verbis eloqui, *καὶ τὸ ἐν φαχῇ μέρον* ubique adhibet.

P. 106, 20. *ἡ γοῦν πληθὺς τῶν κακίστων ἀρχιερέων, τῶν μὴ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν ἀποδεχομένων, διαβάλλουσι τὸν πατριάρχην τῷ βασιλεῖ, ὡς τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν ἐπὶ τὸ ὕψος τῆς βασιλείας ὁ πατριάρχης ἀναβιβάσαι βούλεται. λόγοις γὰρ ὁμιλοῦσι κατὰ μόνας ἀμφότεροι, καὶ νύκτας ὅλας ἀγρύπνους διατελοῦσιν ἐν ταῖς συντυχίαις αὐτῶν καὶ συσκευάς κατά σου ἐργάζονται.*

V. 347 *P.* 114, 3. puto *ἀναγκαία* pro *ἀνάγκη* esse positum, ut *Καλλιόπεια* pro *Καλλιόπη*.

P. 116, 19. *τὰ Κέρκυρα*] fortasse librarii error est pro *τὴν Κέρκυραν.*

P. 125, 2. pro *Κομνηνὸς* fortasse legendum *Βρυέννιος*, nisi forte filius cognomen a matre propter imperatoriam stirpem acceperit.

P. 126, 10. *ἐπεὶ δὲ ἅπασι σχεδόν*] alter codex brevius P. 427
eandem sententiam complectitur, his verbis: *οἱ ἀστρολέσχαι φασίν, ἐπακριβοῦται τῷ ἀγγέλῳ ἡ ἔξοδος, ὡς οἱ τῶν ἀστέρων ἀγαθοὶ σχηματισμοὶ ἐνεδίδοσαν.*

P. 135, 13. *ἐκ γὰρ τοῦ αὐτοῦ πατρός*] Eudocia tertio gradu attigit Andronicum, hoc modo:

	Alexius	
Iohannes	*fratres*	Isaacius
Andronicus	*patrueles*	Andronicus
Eudocia		*incesti.*

P. 135, 24. *περὶ οὗ εἴπομεν ὄπισθεν*] sic supra *περὶ οὗ ἔμπροσθεν λέξομεν.* unde apparet *ὄπισθεν* ad praeteritum, *ἔμπροσθεν* ad futurum tempus pertinere huic scriptori, verborum significatione commutata et inversa.

P. 141, 21. *ἱππότην*] *μετὰ κονταρίων καὶ ἀλόγων ἀραβικῶν.*

P. 142, 20. *μετεωρίζων*] *παίζων.*

P. 146, 18. *Κιλικίᾳ*] *Ἀρμενίᾳ.* creberrima est haec per- P. 428
mutatio. nam vetustus codex fere semper *ἀντὶ Λατίνων μὲν φράγγους, ἀντὶ δὲ Κιλικίας Ἀρμενίαν τίθησι.*

P. 151, 19. *ἦν δὲ καλή*] verba sic sonant. *erat autem formosa mulier, et valde formosa, et supra modum formosa, et incomparabili pulchritudine, ut plane nugae essent ad eam collatae Venus risu gaudens, et aurea Iuno candidis brachiis et grandibus oculis, et Lacaena longo collo et pulchris talis, quas vetustas ob formam immortalitati consecravit, et caeterae universae quarum insignis pulchritudo libris et historiis celebratur.* haec in conversione de industria praetermissa hic subieci, ne me negligentiae accusent, si qui forte sunt qui ineptiis delectentur.

P. 152, 6. *καὶ ταῖς ἐκεῖθεν κολάσεσι ad inferna supplicia ut homo impius rapiendus.* quorsum attinent ista tragica? Christianae caritati nescio quam consentanea, plena certe inhumanitatis; quare a me praetermissa sunt. videat quisque ut ipse recte vivat et bene moriatur: iudicium de aliis relinquat deo, cuius iudicia longe alia sunt quam hominum, praesertim ineptorum.

P. 160, 7. *κουζασθλάνην*] significat haud dubie vox V. 348
haec aliquid, ut et *μούρτζουφλος*: sed scriptor hanc aliis aeque ac sibi notam esse ratus non declaravit.

P. 165, 3. *βλαδίστλαβος*] id fortasse nomen est, pro quo nunc Ladislaum usurpant.

P. 429 *P.* 175, 16. *αὐτὸς τὴν σφενδόνην*] cum quid palam sive fundam, cardinem et baculum appellet hic, ob ignorationem cuiusmodi machina fuerit, non satis teneam, generaliter hunc locum sum interpretatus.

P. 175, 22. *ἄρχλας*] non abhorret a nostro vernaculo *erkher*.

P. 181, 17. *οὐ πολλαὶ δὲ ἡμέραι*] quia nimium lascivire mihi est visus et pene ultra poeticae licentiae fines evagari sive Choniates sive paraphrastes quispiam eius (nam vetustus codex, qui ex archetypo auctoris descriptus videtur, longe paucioribus rem absolvit), summam duntaxat huius amatoriae narratiunculae exposui. ne tamen curiosus lector quicquam desideret, etiam haec interpretari volui, quantumvis inepta; quae (si typographis ita videbitur) in contextum historiae reponi poterunt. *non multis diebus post Andronicus neglectis et contemptis caedibus, pugnis, bellis, classicis, terrore, metu, Marte sanguinario et bellicis operibus, Veneris sacra colit. quae non Helenam ei subiicit aut velut in conspectum adducit, in Graecia et mediis Argis habitantem, et forma eius exhilaratum furore concitat; nec navem aedificat, quam Phereclus gubernet: sed Philippae in vicinia habitantis formam depingit et lenocinio conciliat amatori Andronico, ex sola fama amore inflammato. igitur abiecto clypeo et galea repudiata spretaque omni militia ad amicam Antiochiae degentem deficit. quo cum venisset et amoris illecebris Martium habitum commutasset, tantum non lanam tractabat aut telam texebat et colum tenebat, ut olim Hercules Omphalae, sic ipse Philippae serviens. erat ea Petebini filia, soror eius quae non ita pridem Manueli imperatori, Andronici patrueli, nupserat. Antiochiae degens deliciis inhiabat, ornamentorum pene ad insaniam studiosus, satellites per plateas circunducebat argenteis arcubus instructos, proceros, prima lanugine florescentes, flavis capillis nitentes; eaque ratione venabatur eam a qua ipse captus erat et amatoriis vinculis irretitus, et par pari cum foenore referebat, cum alioqui admiranda forma conspicuus, tum vestibus subinde mutatis insignis, iis praesertim quae ultra nates et femora demissae finduntur et ita corporibus applicantur ut veluti attextae illi esse videantur; cuius inventi auctor ipse extitit, laxata vultus torvitate, perpetua severitate remissa, gravitate morum et solicitudine seposita, abiectoque supercilio. caeterum illa prorsus capta coniugio assensit, atque aedium et patriae oblita amatorem secuta est.*

P. 183, 8. *καθ' ὅσον ἤδη*, pro iamiam, haud scio an usitatum sit. si *εἴδῃ* aut *ἤδῃ παρὰ τὸ εἰδέναι* legas, ne sic quidem placet, iudicium lectori relinquo.

P. 183, 18. *ἀδοξοῦντας αὐτόν*] verba sic sonant. *quum igitur Constantinus se a Philippae amoribus despici cerneret, qui alas ad alium librarent et Andronicum malis peterent eique faces praeferrent.* P. 430

P. 184, 3. *γαλὴ τὸ τοῦ λόγου*] verba sic fere sonant. *quemadmodum mustela, ut aiunt, ad sebum, ad pristinas fugas reversus vetustisque suis machinis tentatis. et ut erat luxuriosae vitae et ut equus erga mulieres insaniens, in vetitos concubitus ruebat, carnaliter appropinquabat, et intemperanter indulget libidini Theodorae filiae patruelis natu maioris Isaacii.* P. 430

P. 187, 6. *τῶν πρότριτα λανθανόμενοι*] referri potest hoc vel ad meritorum et rerum gestarum oblivionem, vel ad insoleutiam pristinae sortis immemorem.

P. 188, 18. *θερμότερον φήνης*] verba sic sonant. *ardentius et miserabilius fulica, draconibus moestius, halcyone lugubrius.*

P. 195, 15. *ἀναιδεῖς μέν*] *impudentiores Periphete clavigero et pinuflexio* (liceat enim et mihi ineptire) *Sinnide et Scirone, quos olim Theseus sustulit, immaniores.*

P. 196, 5. *δόξαν τέλος καταλελύσθαι*] *cum plane sopitum videretur, instar foecundi agri locupletis hominis, robustiores messores desiderantis, refloruit.*

P. 200, 26. *τοῦτο δὴ ὅπερ*] ineptam et intempestivam hanc appendicem, a me de industria praetermissam, sic interpreteris licet: *id quod opposita virtutibus vitia efficere consueverunt; quanquam illis propinqua sunt et pene adhaerent.* alter codex habet *ὅπερ καὶ ἐν ταῖς καθολικαῖς ἀρεταῖς ἔχει τις τοῦτο ἰδεῖν.*

P. 207, 17. *κοινὸν ἐκείνοις βαλάντιον*] puto Choniatem de latrocinii societate et partitione manubiarum loqui.

P. 208, 3. *τοῖς πήχεσι μετρῶν τὸ εὔδαιμον*] alludit ad dimensiones agrorum, limitibus exundatione Nili confusis, unde quidam censent geometriam ortum habuisse.

P. 208, 6. *ἐντράνοις*] *τρανὴς* et *τρανὸς* usitata sunt, sed *ἔντρανος* alibi me legere non memini. V. 349

P. 210, 9. *Πάτροκλον πρόφασιν προτιθείς*] vide Erasmi Chiliades; quanquam haud scio an ad Homericum Achillem alludatur, qui saevitiae suae Patrocli caedem praetexebat, cum hosti mortem deprecanti respondet

κάτθανε καὶ Πάτροκλος ὅ τις σέο πολλῷ ἀμείνων.
occidit et Patroclus, qui te virtutibus anteit.

P. 222, 8. *κατ' ἀχερωϊδα*] *procera instar populi irriguae.* P. 431

P. 230, 21. *τὰς παλασσὰς*] *κολασσὰς* (A) sive *κολοσσάς*: nam litera parum perspicua est. unde suspicor Cho-

niatas post appellatos esse qui olim Colossenses dicti fuere, ad quos epistola D. Pauli exstat.

P. 246, 4. nescio quid hoc sive scomma sive σαρκασμὸς sibi velit, utrum rideat Manuelem ut metu pallentem, an vero innuat aurea arma periculosiora esse ferreis, quod spe praedae plures alliciant.

P. 247, 12. hic (B) apertius consilium Turcorum declarat, ostentare eos voluisse, nullum Turcam sed Christianos duntaxat periisse, quia vero Turcis addere praeputia non poterant, Christianis ea praeciderunt; et quos viventes non potuerant, defunctos in Turcas transformarunt utique ludibrii causa.

P. 432 *P.* 249, 14. quid nota sibi velit, ignoro; nisi δραχμὰς significet.

P. 250, 1. καὶ κάτωθεν] *et infra vexillum suum vento expansum, et hostium frontem spectans, ut ii metu et tremore corriperentur, pacem confecisse Sultanum gloriabatur.*

P. 253, 19. Μαίανδρος τοὺς πλείονας εἰσεδέχετο] adde ἕτεροι δὲ ἐφονεύοντο, *alii occidebantur.*

V. 350 *P.* 285, 17. alter codex de compatriatu, ut vocant, alter de administratione baptismatis loqui videtur.

P. 289, 17. quid sit illud δπερ τὸ χρίσαν, non intelligo. et qualemcunque sententiam coniectura sum secutus.

P. 433 *P.* 297, 21. χρεὼν δὲ μὴ ὑπονοθεύειν] possunt haec verba etiam ad scriptorem ipsum referri per parenthesin προκαταληπτικήν, hoc modo: *in quo haec etiam verba praeter caetera continentur: neque vero adulteranda sunt aliena dictione, sed ita ut scripta sunt referenda: si quid* etc.

P. 348, 7. αὐτάς] ἁγνάς.

P. 350, 14. τὸ δὲ τῆς Κωνσταντίνου φιλοταραχώτατον] in vetusti codicis (B) margine hoc loco mendacii arguitur Choniates, quasi populo Byzantino fiat iniuria: et, si qua perperam committantur, ea potius hominibus potentibus et seditiosis sint adscribenda. quanquam enim scriptura non satis legi potest, tamen satis apparet hanc esse sententiam.

P. 351, 24. τελευτήν] πνιγμονήν.

P. 364, 25. παραβόλως] παραλόγως.

P. 323, 5. τὸ τῆς ἐκείνου γλώττης τρυγῶντες μελίκηρον, καὶ ὡς ἄγρωστις ὄμβρον] favum linguae illius ut gramen im-

P. 435 brem aut rorem Hermonium montes Sionii, magniloquentiam eius amplectebantur, maxima cum laetitia redeuntes, non secus ac si aureum seculum et molitum molae victum aut Solis mensam appositam reperissent etc. verba τὴν ἀληλεσμένην τοῦ μύλου δίαιταν suspecta mihi sunt, nisi sit recens aliquod proverbium. utcunque sit, ego sententiam expressisse contentus fui.

P. 323, 21. *τοὺς ἑτεροστόμους πελέκεις ἀνέχουσιν*] *τὸ ἕτερον*, ut supra etiam monui, in compositione fere alterum e duobus significat, ut *ἑτερόφθαλμος* cocles. hic pro ancipiti verti, quod intelligere videtur *hellempartas*. si quis vero partisonas intelligere mavult, non impedio. *τὸ ἑτερόστομον* certe nonnisi per ambages molestas proprie explicabitur.

P. 328, 11. *ἐς γόνατα καὶ γλουτούς*] *γλουτοὺς* videtur hic ponere non pro clunibus, sed pro suris, *ἀντὶ γαστροκνημιδων*.

P. 357, 14. alter plura periuria tribuit Andronico, V. 351 alter factionem eius eodem crimine involvit.

P. 365, 5. hunc locum generatim sum interpretatus, quia propria vocabula non suppetebant, et periphrasis permolesta futura videbatur.

P. 387, 12. *τὰ τῶν ἀφιεμένων πετρῶν ῥοιζήματα*. ex hoc loco fere conicio, Siculos habuisse bombardas eo tempore, nisi fortasse balistis maximis usi fuerint.

P. 392, 9. *φλῶντες*] scilicet *τὴν κεφαλήν*.

P. 406, 15. *ὁ τῆς γαμετῆς τούτῳ πατήρ*] saepenumero ad hunc modum dativi pro genitivis ab hoc auctore ponuntur, haud scio librariine errore an affectatione auctoris.

P. 416, 14. potest *τὸ οἷς* pro *ἐφ' οἷς αἰτιολογικῶς* capi, P. 436 *ad leniendam civium indignationem propter ignaviam eius*.

P. 430, 10. hoc epistolium ex vetusto codice (B) adieci, in eoque convertendo etiam Graeca virorum nomina Latina utcunque feci, ut epitheta, quae et antitheta sunt, aliquo modo exprimerentur. ac *ἀληθινοῦ καὶ συνεσίου* nomina satis clara sunt: *λαχανᾶν* vero *ἀγοραῖον* appellat, quod olera in foro vaeneunt. est et *παρωνομασία* quaedam in verbis *ἀδικεῖν* et *ἢ τὸ ζῆν*: Graecae enim pronuntiationis studiosi *κ* fere per c Latinum efferunt, *adicin, itocin*.

P. 432, 7. *καλάνου*] fortasse *κελαινοῦ*, nigri coloris, V. 352 vetustus codex habet *γερανέου*, gruini coloris, qui fere est ferrugineus. *κάλανον* adiectivum nomen nusquam reperio.

P. 455, 15. quod alter *μεταφορικῶς* scribit, alter (B) *ἁπλῶς* videtur accepisse.

P. 468, 13. *ἀεὶ τὸν ὄπισθεν*] converti *eos qui terga dabant*, cum videatur potius legendum *τὸν ἔμπροσθεν*.

P. 468, 19. alter metaphorice, alter proprie loquitur; alter de caedibus, alter de spoliis et fame agit.

P. 470, 15. *τοῦ Ταγκρέ*] fortasse Tancredum intelligit, P. 437 Salernitanum principem, crudelem illum pudicitiae vindicem, si fabula vere narratur.

P. 483, 15. posset *τὸ εὐῆλιξ* etiam ad corporis procritatem referri, quia *ἡλικία* et aetatem et staturam significat.

P. 485, 8. ita describitur hic locus, ut non satis appareat utrum subornata an vera illorum insania fuerit. si simularunt, atrox est et fere plus quam Iberica simulatio, ferro se lacerare. si insanierunt, quo pacto edoceri potuerunt ut ea dicerent quae Asani et Petro placebant?

P. 488, 2. *ὡς καί τινα*] corruptus hic locus est, aut saltem ita intricatus ut fere nulla certa sententia ex ea possit colligi. quare vetusti codicis (B) lectionem, etsi nec ipsam talem, qualem ratio Grammatica postulat, paulo tamen expeditiorem in convertendo sum secutus.

P. 489, 15. amplius integro folio descripsi ex vetusto codice. caeteri duo habebant haec tantum: *ἀνὴρ δ' οὗτος ἀξιοθέατος — σκεπτομένοις πρότερον.*

P. 496, 2. turpiter fugiunt Imperatorii, et inter navalia se includunt, si modo *ἐξάρτυσις ἀντὶ ναυσταθμοῦ* intelligi debet.

P. 498, 13. *ὅσοι κίοσι*] fortassis *ὡσεὶ κίοσι*, vel *κίονες.*

P. 438 *P.* 500, 6. *παραχενούμενα*] quae per alvum egeruntur; nisi forte *παραχειμένοις* legendum, id est appositis.

V. 353 *P.* 514, 6. haec clausula quid sibi velit nescio, et in duobus codicibus omittitur.

P. 514, 10. hunc locum vel eo nomine vertere libet, ne solis Germanis ebrietas obiiciatur. *ac tametsi alii quoque per ebrietatem multa inepta loquuntur, tamen id eo frequentius Cpolitanis accidit, quo ebriosiores sunt, totas noctes perpotare soliti.*

P. 522, 2. de Neocastritis supra in vita Manuelis.

P. 528, 15. *τὸ φωνεῖν ἀπὸ γαστρός* interpretatus sum quasi de Engastrimytho loqueretur. quod si cui displicet, exponat *qui ventris causa verba faciunt*, aut *qui temere nugantur potius quam res futuras praesciunt.*

P. 529, 2. alter codex ita miscet haec, ut non satis constet uter, imperator an patriarcha, tela sit defixurus in cordibus hostium.

P. 529, 5. *δι' ἧς*] relativum retulit non ad *παραθύρων*, sed ad *θυρίδα*, quod non posuit, *πταίσματι*, ut arbitror, *μνημονικῷ ἢ γοῦν σολοικισμῷ.*

P. 531, 10. *ὡς μὴ πρότερον*] depravatus videtur hic locus. ego in vertendo qualemcumque sententiam sum secutus. vetustus codex et ipse habet verba satis perplexa: *ὡς ὅτι ἡ ἐκκλησία — διϊθύνεις. ecclesiam non habere viros pios et eruditos, eaque de causa et monasticam vitam deiectam et desertam esse. et tu, inquit, illustre sidus, non apparuisti prius,*
P. 439 *ut in solio hoc patriarchico consideres et Christianum gregem optime gubernares.* in caeteris duobus codicibus pro *χειροτόνων* fortasse legendum *οἰάκων*, sine syllaba *χερ.* et pro *ἦλιον ἢ*

τὸν fortasse legendum ἢ αὐτόν, ut haec de sole sententia non ad alium quam ad ipsum Balsamum referatur.

P. 533, 6. alter Dositheo ambitionem, imperatori philautiam tribuit, hic (B) utrumque Dositheo.

P. 544, 27. *ὀλίγους ἀπὸ τούτων ἀποκτείγας*] huiusmodi contrarietates subinde occurrunt, negatione in vetusto codice omissa.

P. 576, 3. alter materiae ascensum ad caput prohibere, P. 44
alter eam ad pedes retrahere instituit. V. 354

P. 578, 15. *οὐ γὰρ μόνον τοῖς ἐξ ὕλης*] *οὐ γὰρ μόνον χρήματα καὶ βλατία ἐλάμβανεν, ἀλλὰ καὶ ἕτερα εἴδη μικρά. non tantum pecuniam et vestes, sed minutiora quoque accipiebat.*

P. 579, 28. zapetia fortasse id est quod nunc vulgo zibettam vocant.

P. 580, 2. apparet principio legendum *ἅλας*, id est salem, eam vocem accepit scurra quasi dixisset *ἄλλας*, scilicet *γυναῖκας*. locus hic exprimi Latine non satis potest; quanquam Graece quoque, nisi pronuntiatione iuvetur τὸ *ἅλας* et *ἄλλας*, paulo minus frigidum videtur, quam si dicas *alia et alia*, scorta subintelligens.

P. 595, 11. *καὶ τὴν ἐκ τοῦ αὐτοῦ κινήματος*] tanta est P. 441
huius periodi, si diis placet, elegantia, ut quid sibi velit, vix Oedipus divinare possit.

P. 597, 5. *καταστρέφεται*] Byzantius codex addit *οὐ γνώμῃ μᾶλλον αὐταδέλφου ἢ βίᾳ, ὡς ἤδετο, καὶ συνδρομῇ παντὸς τοῦ στρατεύματος, κατ' αὐτοῦ σπασαμένων τῶν πολλῶν τὰ ξίφη, καὶ διηπειλημένων ἐκείνῳ θάνατον, εἰ μὴ τὴν ἀρχὴν καταδέξηται.* V. 355 *βασιλεὺς δ' Ἀλέξιος οὐκ εὐθὺς τὴν μεγαλόπολιν εἴσεισιν* etc. *non tam de sententia germani fratris quam vi, ut ferebatur, et concursu totius exercitus, plerisque strictis ensibus in eum irruentibus, et mortem minitantibus, nisi principatum susciperet. Alexius vero potitus imperio non statim magnam urbem ingreditur* etc. amplificationes fraterni sceleris praetermittit, nec tamen facinus dissimulat, cum superiore libro dicat *ἁρπάζουσιν εἰρωνικῶς*, et hic *βίᾳ ὡς ἤδετο*. neque vero difficile aut novum est potentibus eorumque parasitis falsas cantilenas componere et spargere in vulgus.

P. 602, 6. *ἢ δὲ* —] apparet ironia ex similitudine. P. 442

P. 606, 18. alter (A) de impudicitia, alter (B) de impudentia et immodestia in singultibus et ructibus videtur loqui. nam barbara haec non satis intelligo.

P. 630, 21. alter sentire videtur legato datum esse via- P. 443
ticum ab imperatore, alter eum id de suo accepisse.

P. 640, 19. *εἰδὼς γενέσθαι, φῶς μὲν ὀφθαλμοῖς*] si cui deliciae placent, is fruatur his: *qui sciret omnia fieri omni-*

bus, clara lux oculis, spiritus vitalis, qui per nares attrahitur, plane Perozi margarita, semper imperatoris auribus appensa, tanti pretii habita quanti universum imperium, aut potius velum versatile, et Argus multioculus, et centimanus Briareus etc.

P. 643, 20. *τὴν ἡλικίαν συνεστ.*] alter negat eum consensisse, alter affirmat: sed sequi illos noluisse, mutato consilio. notabis *ἀκολουθῆσαι αὐτους* pro *αὐτοῖς*. huiusmodi *ἀντιπτώσεις* et insolentes constructiones non librario, sed linguae corruptae videntur ascribendae.

P. 444 V. 356 *P.* 656, 8. alter ait Sultanum Turcos suo exemplo ad iuvandos captivos incitasse, alter eum captivis secures dedisse ad ligna caedenda, et Turcos ea re prohibuisse.

P. 658, 21. dubium utrum de lunae eclipsi, an diminutione loquatur.

P. 445 V. 357 *P.* 713, 14. multum interest inter *πυρρὸν* et *πηρόν*. sed fuisse caecum, ex iis quae sequuntur pluribus in locis apparet; quamvis non iniuria mireris quomodo eques effugere potuerit in pugna Blachica.

P. 728, 3. *οἱ δὲ οὔτε τι τῶν προσδοκωμένων*] non satis assequor, utrum ea fecerint quae expectabantur, an non fecerint. hoc loco vetus codex mutilus est, duobus foliis exectis.

P. 733, 19. *πρὸς δήμους*] sic ambo codices habent: sed puto *δυσμὰς* legendum, nisi forte sit loci proprium, versus occasum.

P. 748, 7. aliud est *φρονηματίας*, aliud *φρόνιμος*, sed barbaries vocabulorum vim depravasse videtur.

P. 446 *P.* 748, 7. *καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸν εὐεργέτην ἐς τοὺς μετέωρος αἰῶνας ἀναδυόμενος*] denique benefactorem subinde in Meteonis secula procrastinans. *μετέωρος αἰῶνες*, si scriptura non fallit, videtur proverbium aliquod recentius esse, ut alioqui Tithoni senectus celebratur.

P. 447 *P.* 754, 4. *γίγας ἐννεόργυιος* ingeribusque novem summis distabat ab imo.

P. 754, 4. *καὶ αὐτὸν δὲ τὴν κάσιν*] talem galeam Basileae vidi, qualibus olim in concursionibus equestribus Germanica nobilitas usa est, tanti ponderis armis circumsepta, ut nunc a multis vix sustineri posse videantur.

P. 754, 13. *ταῖς χρυσέαις χερσαίαις πύλαις*] leguntur quidem apud Zonaram *χρυσαὶ πύλαι*, sed hic haud scio an *τὸ χρυσέαις* abundet. et paulo post pro *τῶν πολλῶν* legendum videtur *πυλῶν*, non vulgi, sed portae propugnaculum.

P. 758, 22. *ἄμβων παρὰ τὸ ἀναβαίνειν* dici videtur, locus utique templi editior, sive suggestum, sive gradus, sive chorus, ut vulgo appellantur, sive superius ambulacrum, *die porkirchen*.

P. 762, 10. pro *μιαρώτατα* (B) legendum videtur *ἁγιώτατα*. per *μιαρώματα ζῶα* intelligit mulos, asinos, equos, per *τὰ ἁγιώτατα* sacrum ornatum. quanquam Byzantinus codex habet *τὸν παναγέστατον*, sanctissimum sive purissimum, hoc est Christum, sicut et paulo ante pro *μαργαρίτην Χριστοῦ* herilis codex legit *Χριστὸν* per appositionem.

P. 768, 17. *καὶ τοῖς θηρίοις τοῦ καλάμου ἐπιτιμᾷ*] V. 358 etiam bestias calami increpat. possunt intelligi vermes a quibus eroduntur. sed videtur subintelligi *τὸ ἕνεκα*, quem sensum in convertendo sum secutus.

P. 782, 13. *εἰ μή γε τοῖς πολεμίοις ἀποτενεῖτε τὸν* P. 448 *ὄλεθρον. μή γε* rectius legi quam *μήτε*, vetustus codex declarat, cuius haec verba sunt: *εἰ μὴ διὰ τὸ ἵνα ἀνταποδώσετε τοῖς πολεμίοις τὸν ὄλεθρον καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς*. unde apparet etiam pro *ἀποτενεῖτε*, quod ab *ἀποτείνω* formatur, legendum esse *ἀποτινεῖτε*, ab *ἀποτίνω*, quod idem valet quod *ἀνταποδιδόναι*.

P. 784, 21. *σηλυβρίαν*] *σηλυμβρίαν*. etiam apud Demosthenem nostrum haec vox alias cum, alias sine *μ* scribitur, ut et *ἀρύμβας* et *ἀρύββας*. quod accidere videtur propter litterarum *β* et *μ* notas alicubi non dissimiles.

P. 786, 12. *ἀπηγηκώτους*] *ἀπηγγηγηκώτους*. utrumque perperam esse arbitror, neutrum certe intelligo.

P. 790, 9. *ἐς ὅσον βρετανία*] legendum esse *Βενετία*, praeter duorum codicum consensum, etiam ipse orationis contextus declarat.

P. 790, 26. fortasse legendum *τῶν εἰς θεὸν ὑμνητηρίων*. in convertendo vetustum codicem secuti sumus.

P. 791, 4. *τὸ ὑπὲρ εὐκλείδην*] caeteri codices non habent, nec mihi nota est historia de Euclidis alicuius insolentia. *εὐκλείδου ἄρχοντος* fit mentio apud Demosthenem, de legibus ante P. 449 vel post Euclidem irritis. fortassis hoc vult *τὸ ὑπὲρ εὐκλείδην*, praemature, intempestive, insolenter encomium eum canere ante victoriam, ut ad *προθεσμίαν τῶν κυρίων νόμων* alludat.

P. 796, 1. *περὶ μῆνα τὸν φιλοχόον*] sic ambo codices habent. sed vetustus *Ὀκτώβριον* ponit, quem secutus sum, etsi supra idem *τὸν φυλλοχόον* (sic enim scribendum est: nam a fundendis seu defluentibus arborum foliis nomen habet) *Νοέμβριον* interpretatur. utrum rectius sit, non pronuntio: nam alii maturiorem, alii seriorem hiemem habent.

P. 797, 3. *προυσαῖοι*] *προυσαεῖς* et *προυσηνοί*, *οἱ ἐν* V. 359 *τῇ προύσῃ*. aliis atque aliis in locis hae formationes inveniuntur.

P. 798, 20. *τὸν ἐπὶ τῆς σημαίας ἀνελύντες*] Byzantinus codex solus hanc lectionem habet, in qua haud scio an ali-

quid depravatum sit: nam signiferum ignorante exercitu occidi, et a paucis robustissimum exercitum signo elato provocari, vix credibile videtur. malo tamen in hanc peccare partem, ne quid, qualecumque id sit, praetermittatur.

P. 799, 19. *ἐπὶ τεσσάρων ἀσπίδων*] *ἐπὶ μιᾶς ἀσπίδος παραταξάμενοι* apud Isocratem in Archidamo legitur. quod vix credibile videtur, aciem in longum extensam nec uno viro profundiorem multis millibus restitisse.

P. 800, 19. *τὸ οἰκεῖον λάχος ὁρῶν*] converti *cum sui muneris esse intelligeret.* quodsi cui displicet, reponat *cum suum gregem*, vel cives suos, *a consiliis et precibus suis pendere videret.*

P. 802, 22. constructio huiusmodi est: *ἱλασάμενος τὸν θεόν, πᾶν ἀποτρόπαιον τραπέσθαι κατὰ τοῦ ἀνοσίου* etc.

P. 805, 23. *οὗτος γὰρ τῶν τοῦ βορρᾶ πλευρῶν ἀποσυρείς*] non satis assequor quid sibi velit. vetustus codex (B) et hic mutilus est, ut et alibi, ubi eius subsidio perquam opus est.

P. 805, 20. *ὑπιούσης* legendum, ut nostrates aquilae pictae ascribunt *sub umbra alarum tuarum.*

P. 810, 16. *τὴν δὲ πολισθεῖσαν ἀρχαδίῳ*] ex his verbis non satis intelligitur utrum Latini an Romani Arcadio-
P. 450 polim tenuerint. vetustus codex (B) *μόνον δὲ — φυλάττειν αὐτό.* hinc apparet Arcadiopolim a Romanis fuisse occupatam, cum alteri contrarium dicere videantur.

P. 811, 3. *ὡς δ' ἀπήντων*] hic eadem recurrit obscuritas. vetustus habet: *οἱ Ῥωμαῖοι δὲ — τούτοις συμπλέκονται.* hanc sententiam in vertendo sum secutus.

P. 811, 13. *τῶν δ' ἄλλων*] *ἡ δὲ λοιπὴ ἐς τὴν Ἀδριανοῦ παρὰ πόδας ἰοῦσα, ἐκεῖσέ πῃ βάλλει στρατήγιον, καὶ ταυτησὶ πειρᾶται κατὰ κράτος ἑλεῖν. ἀλλ' ἐπεὶ ἀπείρηκα τὰς τῶν οἰκείων συμφορὰς συγγραφόμενος, ἤδη δὲ καὶ τῆς εἰς ἐω μεταβάσεως ἅπας γίνομαι ἐνταῦθα τοῦ λέγειν σχάσας, τοῦ τῶν κακῶν ὀλίγου πεπαύσομαι. reliquus exercitus Adrianopolim recta contendens castra ibi locat, eamque vi expugnare instituit. sed quia nostrorum calamitatibus describendis sum defessus et nunc Orientali profectione totus occupor, finita hic oratione calamitatum vertiginem deponam.* hoc loco Byzantinus codex a Iohanne Dernschwam nomine D. Antonii Fuggeri Cpoli emptus abrumpit historiam, et librarii nomen subiicitur his verbis: *ἐτελειώθη ἡ παροῦσα χρονικὴ βίβλος κυρίου Νικήτα τοῦ χωνειάτου παρ' ἐμοῦ τοῦ ἐλαχίστου ἐν ἱεροδιακόνοις, Ἀλεξάνδρου τοῦ μεγάλου χαρτοφύλακος τῆς τοῦ Χριστοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, ἐν ἔτει τῷ ζξγ', τῷ μηνὶ Μαρτίῳ ἑσταμένου ἡμέρᾳ δ'.*

P. 824, 27. sententia est, Latinos Byzantio in castra

profecturos in idem malum incidisse et in itinere caesos esse.

P. 830, 19. alter (A) de militibus, alter (B) de munitionibus loquitur. hic etiam vetustus codex (B) nos destituit, foliis compluribus resectis; in quo conferendo et genere et ingenio nobilis adolescens Raphael Sailerius me adiuvit.

P. 832, 1. *καθ' ἡλικίαν ἠχμαλώτευσαν omni sexu et aetate capta.* hoc si cui displicet, quaerat meliorem interpretationem.

P. 833, 4. *κἂν ἐξέπεσον τῶν κατὰ σκοπόν*] interpretatus sum *ἀποφαντικῶς*. quod si cui displicet, *ὑποθετικῶς* exponat licet, hoc modo: *ac successu caruisset id consilium, si in cohortes alias* etc. *incidissent.* paulo post, *ὡς διὰ βραχέος, τὸ ὡς* redundare videtur.

P. 834, 13. *μηδ' ἄλλως ὑπὸ Λατίνων οὖσαι ἀνεπισκόπητοι*] converti *ὑποθετικῶς*: *ni tam munitae fuissent, nec Latinorum rapacitatem vitaturas fuisse.* si cui vero *τὸ μηδ' ἄλλως* pro *ἄλλωσε μηδ'* intelligere magis placet, sic vertat: *praesertim cum nec a Latinis negligerentur.* dubito an pro *μηδ' ἄλλως* potius sit legendum *μηδ' ὅλως*: nam herilis codex, etsi solus integer, tamen negligenter scriptus est, *ὑπ' Ἐμμανουήλου ὀμβαιβενίδος τοῦ ἐκ μονεμβασίας μετὰ τὴν παράδοσιν τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος.*

P. 836, 5. *θωράκια* tibicines verti, non quod verum P. 451
putem, sed quod solidae columnae, ut Virgilii ioco utar, nondum advenerunt.

P. 838, 9. *ἢ γοῦν τῶν ὄντων ἑτέραν παραγωγήν aut aliam rerum creationem.* respicit ad agros et urbes cultoribus vacuas. verteram principio *aut rerum naturam ab eo diversam, qua iussit* etc. putabam enim eum loqui de vastitate Thraciae incendiis deformata. sed hanc sententiam repudio, quod sequitur *ὁ δ' ἄνθρωπος οὐκ ἦν*, quasi dicat Thraciae fuisse eam faciem quae recentis mundi fuerit cultoribus vacui.

P. 838, 15. *διαπεμπούσης τοῖς πόρρωθεν*] transmittere ad posteros esset *τοῖς μετέπειτα.* ad quam significationem *τὸ πόρρωθεν* non satis commode deflectitur.

P. 841, 3. *καὶ Λατίνοις τὸ καινὸν ἐσπένδετο novitas illa,* hoc est, novi tyranni cum Latinis paciscebantur. fortassis legendum *τὸ καινότατον ἐσπένδοντο, quod maxime mireris,* ut *τὸ μέγιστον* usurpatur. ego verti *τὸ καινὸν* pro *καινῶς.* sequatur quisque quod probarit.

P. 841, 18. *τῶν θρεψαμένων*] idem quod *τῶν πατρί-* V. 360
δων. sicut *ἡ ἐνεγκαμένη*, ita et hic *ἡ θρεψαμένη* patriam significat.

P. 843, 2. *νῆψις* est sobrietas; quae quid huc faciat,

non video. neque *σκῆψις* placet. sobrietatem bellatoribus etiam esse utilem non nego: sed id hic non agitur.

P. 844, 25. *ὡς οὔκουν ἐβάλετο κατὰ νοῦν*] negationem, quod redundare existimo, omisi.

P. 849, 13. *ἤγουν Λατῖνον aut certe Latinum.* puto legendum *οὐ γοῦν* vel *οὔκουν*, itaque verti.

P. 851, 9. *ὡς ἱμᾶσι*] fortasse *ἱματίοις*: *probris tanquam vestibus nos operiunt.*

P. 851, 13. *μενοῦν γε οὐδὲ δι' ὄχλου τισὶ γεγόναμεν*] haec per indignationem adiici videntur ad hominum iniquitatem exaggerandam et suam innocentiam declarandam.

P. 851, 22. *καὶ τῆς τῶν βιθυνῶν μητροπόλεως προεδρεύουσαν*] puto legendum *καὶ τὴν τῶν βιθυνῶν προεδρεύουσαν.* nam *ἡ προεδρεύουσα* et *μητρόπολις* idem valent, nisi fallor. si quis autem etiam metropolim alteri civitati subiicit, legat: *καὶ τὴν τῆς τῶν βιθυνῶν μητροπόλεως προεδρεύουσαν Νίκαιαν*, addito duntaxat articulo *τήν*, ut paulo ante *τὴν παρ' Ἀσκανίᾳ λίμνην παροικεῖν.*

P. 852, 3. *καὶ παριστᾷν ἐντεῦθεν*] videntur nonnulla deesse.

CHRONOLOGIA NICETAE,

quae annorum ab eo descriptorum et rerum sub imperatoribus gestarum seriem paucis indicat.

(*auctore Fabroto*)

Anni Christi	Res gestae.	Anni Imperatorum Orientis	Occidentis.
	Imperator Alexius Comnenus, anno imperii 37. mense 4 cum dimidio, 15 die Augusti vita functus est. Nicet. pag. 6.	Iohannes Comnenus.	Henric. Quintus.
1117	Huic successit Iohannes Comnenus Filius, in quem proceres et cognati conspirant. coniuratos clementer tractat. 7. 8.	1	11
1118	Expeditiones adversus Persas. 9.	2	12
1119		3	13
1120		4	14
1121	Scythas arte profligat. 10.	5	15
1122	Contra Triballos, quos alii Servios dicunt, expeditionem init. quatuor filios, Manuelem praesertim natu minimum, ad dignitates publicas evehit. 11. 12.	6	16
1123	Hunnicum bellum. 12.	7	17
1124	Traducto in Orientem exercitu de Persarmeniis debellatis triumphat. 13.	8	18
1125	Persarmenios denuo aggreditur, et bello fatigatos pacem petere cogit. Gangram expugnat, quam Persae paulo post capiunt. 14.	9	19 Moritur Henric.
1126	In Ciliciam movet. Bacam castellum munitissimum et Anabarzam expugnat. 15.	10	Lothar. Saxo. 1.

1127	Profectus in Coelesyriam cum Raimundo et Antiochenis amicitiam init. Pizaeos deditione recipit, Phaerepum expugnat, et variam Martis aleam experitur. 18.	11	2
1128	Istrium et Sezerim debellat, et Persarum Iconiensium insidiis elusus Byzantium redit. 19.	12	3
1129	Fratre Isaacio Comneno in gratiam recepto, novas expeditiones in Persas suscipit. 21. 22.	13	4
1130	Tyrannum Trapezuntium invadit. 22.	14	5
1131	Persas bello fatigat. 23.	15	6
1132	Dum Neocaesaream obsidet, Iohannes Comnenus nepos ad Sultanum Iconiensem deficit. 24.	16	7
1133	Iterum in Persas movet. 24.	17	8
1134	Phrygiam praetervectus provincias et finitima oppida rectius constituere studet, et perduelles quosdam bello frangit. 25.	18	9
1135	Alexius et Andronicus Iohannis Comneni filii morbo pereunt, patre in bellis externis occupato. 25.	19	10
1136	In Isauriam proficiscitur, ac provinciam ordinat. 26.	20	11
1137	Iter in Syriam intendit, ut Latinos Antiochia pellat. 26.	21	Moritur LotH. 12
1138	In itinere moras nectens ut Syros et Cilices in suas partes pertraheret, adventum suum Antiochenis denuntiat. 26.	22	Conrad. tertius 1
1139	Spe sua frustratus Antiochena suburbia diripit et vastat. inde ad Cilicum fines deflectit. 26.	23	2
1140	Venatum egressus, manu ad digitum venenatae sagittae illapsu strictim laesa, veneno celeriter usque ad vitalia progressa non multo post abit e vita, Manuele filio iuniore imperii herede relicto. 27. 28.	24 Moritur Iohannes Comner.	3

1141	Manuel Comnenus patri succedens Isaacium fratrem natu maiorem in monasterio includit. opera Iohannis Axuchi et a Byzantinis expetitur ac suscipitur. 34.	MANUEL COMNEN. 1	4
1142	A Michaele patriarcha coronatus cum fratre Isaacio reconciliatur, et in Persas movet. 36.	2	5
1143	Iterum Persicam expeditionem suscipit, et rem gerit vario eventu. 37.	3	6
1144	Alemannam heroïnam uxorem ducit. rei publicae suscipit curam, Cancellario et supremo Quaestore constitutis. vectigalia nautica in fiscum refert. 37. 38.	4	7
1145	In aula Manuelis rerum vicissitudines, et Styppiotae cuiusdam mirabilis prosperitas. 39. 40.	5	8
1146	Laudata Manuelis administratio et virtutes principe vero dignissimae. 40.	6	9
1147	In praeclaro instituto non diu permanet, sed ex liberali et clemente fit tenax et austerus. 40.	7	10
1148	Alemannorum expeditio Hierosolymitana. huic Alemannorum exercitui Manuel varias struit insidias, quas Conradi exercitus superat. 41. 42.	8	11
1149	Exercitus Christiani luctuosa clades. reliquias Graeci fraude, ferro, veneno persequuntur. calx farinae militum admixta, moneta iussu Manuelis adulterata in Alemannorum perniciem. 43. 44. 45.	9	12
1150	Atrox pugna et illustris victoria a Conrado de Turcis reportata. 47. 48.	10	13
1151	Rogerius rex Siciliae bellum Graecis infert magno cum successu. 49.	11	14 Moritur CONRAD.
1152	Manuelis expeditio contra Siculos, Corcyrae oppugnatio et tandem deditio. inter Graecos et Venetos seditio cruenta. 51. 52.	12	FRIDERICUS I. cognomine Aenobarbus sive Barbarossa. 1

1153	Irritus in Siciliam Manuelis conatus. Serviam populatur. Michaël Palaeologus adversus Siculos rem feliciter gerit. 60. 61.	13	2
1154	In Servios et Hungaros, expeditiones Manuelis et triumphus. cuius praefecti cum Scythis et Siculis infeliciter pugnant. 61. 62.	14	3
1155	Cum Rogerio Siculo pacem init: paulo post autem inimicitiae inter eos recrudescunt. 64. 65.	15	4
1156	Bellum Hungaricum. Hunnorum grassationes. incestuosa Manuelis et Andronici vita. 67. 68.	16	5
1157	Copiae Graecorum a Turcis cladem accipiunt. Styppiota calumniis oppressus excaecatur. 72. 73.	17	6
1158	Turcicae grassationes. Sultanus Iconiensis ad Manuelem confugiens magnifice excipitur. utriusque artes. 76. 77.	18	7
1159	Iconii seu Turcarum Sultanus Manuelis liberalitate onustus, domum reversus fidem fallit; unde vastationes et clades mutuae. 79. 80.	19	8
1160	Hunnis Manuel bellum indicit. Andronici tragoedia nova. is tandem Manueli reconciliatur. 83. 84. 85. etc.	20	9
1161	Pannonicum bellum. Zeugmini recuperatio. varia belli facies. 87. 88.	21	10
1162	Bellum adversus Serviae despotam. Andronici mala mens. rem gerit infeliciter cum Toruse Armen. 89. 90. 91.	22	11
1163	Andronici scelerati principis ob vagas libidines pericula et errores. 91. 92.	23	12
1164	In domo Manuelis tragoediae, cuius primarii actores Alexius protostrator et nonnulli magi. nova castra in Asia condit Manuel. 93. 94. 95. etc.	24	13
1165	Hungaricum bellum, cui Andronicus praeficitur. de Pannoniis superatis Manuel triumphat. 98. 99. etc.	25	14

1166	Bellum contra Servios, quorum statum suo arbitratu immutat. 103. 104.	26	15
1167	Aegyptiaca expeditio cum classe ducentarum navium, Amerigo Hierosolymorum rege auxilia pollicente. Tamiathi obsidio. re infecta Graeca classis domum repetens dissipatur. 105. etc.	27	16
1168	Sarraceni cum Manuele pacem firmant. nascitur Manueli Alexius filius imperator designatus. Manuelis gener Pannoniae regnum occupat. 110.	28	17
1169	Mariam filiam dat uxorem Marchionis Montisferrati filio. Venetos in Graecia vexat. 111.	29	18
1170	Veneti Graecos bello fatigant. Manuel restitutis rebus ablatis foedus cum Venetis renovavit. 112. etc.	30	19
1171	De bello Persis inferendo Manuel cogitat, Doryleoque et Sublaeo instauratis se ad bellum aperte accingit. 114. 115.	31	20
1172	Sultani pacem petentis spreta legatione, iter ingressus Manuel insigni clade afficitur, multis suorum millibus et illustrissimis quibusdam cognatis desideratis. Sultanus ultro Manueli pacem offert, unde reliquiis Graecorum salus. 116. 117. etc.	32	21
1173	In reditu Persae Graecos infestant. Manueli conditionibus pacis minime satisfacienti Sultanus bellum infert. 124. 125.	33	22
1174	Per legatos Manuel Sultani exercitum praeda onustum caedit et ad internecionem delet. 125. 126.	34	23
1175	Alia Manuelis in Persas expeditio, infelici cum eventu. Turci Claudiopolim a Graecis protectam frustra oppugnant. 126. 127.	35	24
1176	Papam et Italos Manuel contra Fridericum Caesarem concitat. Ancona Manueli favens et perduellis a Friderico obsidetur. 129. 130. etc.	36	25

1177	Bellis vario eventu confectis, disciplina politica et domestica pluribus modis enervata, Manuel illotis manibus theologiam tractat, de praecipuis fidei Christianae articulis temerarie definiens. 135. 136. 137. etc.	37	26
1178	Dum curiose agere pergit et circa Mahumetis blasphemias insanit, quas etiam edicto confirmat, in morbum incidit, et ab Astrologia dementatus quantum potest reluctatur, tandem cuculla indutus vita excedit, anno 38 imperii nondum plane absoluto. 142. 143. 144.	38 MANUEL moritur.	29
1179	Sub Alexio puero turbae publicae et cruenta seditio Cpoli. 146. 147. etc.	AL. MAN. FIL. 1	30
1180	Andronicus Comnenus imperium affectat, et horrendis dolis in nobiles quosque grassatur; praecipuos aulicos ferro et veneno interficit. 158. 159. etc.	2	31
1181	Persarum in Oriente grassationes. Iohannes Comnenus arma movet in Andronicum, qui nefariis artibus imperatricem Alexii Comneni matrem interfici curat. aulicorum ignavia et summa improbitate imperii particeps salutatur, deinde legitimo principi Alexio praefertur, quem paulo post imperio et vita crudeliter spoliat. 169. 170. 171. etc.	3 ALEXIUS interficitur.	32
1182	Andronicus libidine et furore percitus in Nicaeenses et Prusaenses saevit. Isaacius Comnenus Cyprum occupat. tragoediae domesticae Andronici. Siculi expeditionem parant in Graecos. Tripsychus tyrannidis Andronici minister volubili quadam rerum vicissitudine eversus excaecatur. 178. 179. 180. etc.	ANDRONICUS COMNENUS. 1	33
1183	Siculi Thessalonica capta et direpta Cpolim petunt. Andronicus parum feliciter resistit. eiusdem in apparatu belli multiplicia errata et novae tragoediae, quarum primaria magiae studium. tyrannidis satellite quodam interfecto, populus Cpolitanus in Andronicum insurgit et Isaacium Angelum imperatorem designat. ex fuga Andronicus retractus, a plebe miserabiliter exagitatus atrocissimis suppliciis interficitur, postquam per biennium imperasset. 203. 204. 205. etc.	2 ANDRONICUS interficitur.	34

1184	Isaacii Angeli commoda initia. expeditio contra Siculos, qui profligantur ducibus captis. Andronici filii, et Alexius Comnenus belli fax, excaecantur. Siculae classis calamitates. Isaacius inconstans apparet. 228. 229. etc.	Isaacius Angelus 1	35
1185	Sultanus Iconiensis bellum instaurat. Blachorum defectio. calamitosa in Cyprum expeditio Blachos Isaacii indulgentia confirmat. infeliciter geritur bellum adversus Blachos. 236. 237. etc.	2	36
1186	Branas Alexii imperium invadere conatur, et tandem in pugna interficitur. seditiosis ignoscit Isaacius. Byzantina suburbia direpta cremantur; unde inter Graecos et Latinos conflictus. 240. 241. etc.	3	37
1187	Isaacii in Blachos expeditio infelix. Theodorus Mangaphas imperium affectat, sed a Sultano proditus in carcerem coniicitur. 252. 253. 254. etc.	4	38
1188	Friderici Barbarossae in Palaestinam expeditio. legati vecordes Fridericum et Isaacium committunt. ecclesiasticum statum turbat Isaacius. Graeci fugantur ab Alemannis. Turcarum clades ad Iconium. Friderici submersio. filio eiusdem mortuo Alemanni domum redeunt. Francorum et Anglorum expeditio in Palaestinam. 257. 258. etc.	5	39 Fridericus perit in aquis.
1189	Isaacii familia et diuturni imperii imaginatio. Pseudalexiorum et Basilii Chozae seditiones cruentae. procerum nonnullorum supplicia. 268. 269. etc.	6	Henric. sextus. 1
1190	Bellum Blachicum Isaacio infaustum, qui tamen falsam iactat victoriam et inanes magnarum rerum imaginationes. 274. 275. etc.	7	2
1191	Scytharum et Blachorum grassationes. Servii debellantur. repressis Blachis Constantinus Angelus affectat imperium, sed a Bataze derisus et proditus a milite excaecatur. 277. 278. 279. etc.	8	3
1192	Isaacii vecordia. Theodori Castamonitae potentia et interitus. rem publicam et aulam variis modis corrumpit Isaacius. 280. 281. etc.	9	4

1193	Blachicum bellum instaurare studet, frustra monetur de fratris insidiis. a fratre Alexio paulo post oculis et imperio privatur. 286. 287. etc.	10 Isaacius Angelus excaecatur.	5
1194	Alexius Angelus Comnenus rei publicae cura posthabita genio indulget. seditionibus variis exagitatus seditiosos opprimit. 291. 292. etc.	Alexius Comnen. 1	6
1195	Blachi conditiones pacis aspernantur et adversus Graecos prospere agunt. 299. 300. etc.	2	7
1196	Persae Graecos bello infestant. Ammerigus Friderici Barbarossae filius tributum exigit ab Alexio, qui sepulchra violat. 304. 305. etc.	3	8
1197	Turbae in aula Alexii, cuius cognati vendunt omnia. imperatrix adulterii accusatur, monacha fit, deinde revocatur. deiicitur de gradu Constantinus quidam primarius aulicus. 311. 312. etc.	4	9
1198	Iconiensis Sultanus Graecis damna infert. Alexii futiles ad bellum apparatus. miserrimus imperii status, et Scytharum in Thraciam irruptio. 319. 320. etc.	5	10 Henric. moritur.
1199	Alexii contra Blachos irrita expeditio. Scytharum incursio in Macedoniam. controversiae inter Graecos de eucharistia. imperatrix res futuras profana curiositate investigat. 325. 326. etc.	6	Philippus et Otho. 1
1200	Variis seditionibus et turbis Oriens concutitur. tragoediae Cpoli. Lagi, Comneni Crassi, Spiridonacae seditiones, quas Alexius reprimit. Mysi Constantiam et Varnam expugnant. 337. 338. etc.	7	2
1201	Stolidus Alexius ab Isaacii Angeli insidiis non sibi cavet. Veneti contra Graecos bellum parant. Isaacii filius cum Veneta classe se coniungit, quam Alexius ridet. Cpolis obsidetur, expugnatur et incenditur. Alexius imperio spoliatus Debeltum profugit. 346. 347. etc.	8 Alexius Imperator spoliatur.	3
1202	Luctuosissimus Cpol. status. rapinis, ferro et incendiis Latini grassantur, quibus Alexius Ducas Murzuflus resistit. se-	Isaacius Ang. cum Alex. fil	4

	ditio in Isaacium et Alexium Angelos. Isaacio animam agente Murzuflus Alexium Angelum arte eludit, et paulo post, alio imperii aemulo oppresso, vita spoliat. 385. 386. etc. Murzuflus bellum parans a Latinis fugatur, qui Cpolim oppugnant, expugnant, incendio novo deformant, lacerant, et diripiunt. 364. 365. etc.	6. mens. dies 8. ALEXIUS DUCAS MURZUF. mens. 2. dies 6. occiditur.	
1203	Balduinus laudatus princeps imperium instaurat pro virili, hostes bello fatigat. dirae seditionum pugnarum et oppugnationum facies, in quibus Latini Graeci Blachi Scythae mutuis certaminibus atteruntur. Murzufli miserabilis interitus. multarum urbium Graecarum excidia, aliarum variae calamitates. in varias tyrannides universa Graecia distrahitur, Balduino a Scythis interfecto, cui Henricus frater succedit. 386. 387. 388. etc. usque ad finem operis.	BALDUINUS FLAND. imperat menses 11. interfect. a Scythis. Huic succedit HENRIC. frater.	

(FABROTI)

GLOSSARIUM

IN QUO VOCABULA GRAECOBARBARA

EXPLICANTUR.

Ἀγάπη pax, foedus, dilectio, caritas. p. 341 e παρεβάθησαν αἱ σπονδαί: codex graecobarbarus ἀγάπαι, ut pag. ead. b τελεσθείσης τῆς ἀγάπης, in puriore Graeco τῆς εἰρήνης. Theophanes in Leone: ἡ ἀπαρχῆς ἡμῶν ἀγάπη μὴ διαλυθῇ. Anastasius: *prisca caritas nostra non solvatur.* alio sensu ἀγάπη accipitur p. 319 b et cum absentes in litteris sic compellabant, ἀγάπη σή. B. Chrysostomus 1. de Providentia: τοσαύτην ἡμῖν κατέχει τὴν ὀχλὴν ὅσην ὁ δαίμων οὗτος τῇ ἀγάπῃ τῇ σῇ. adde eiusdem epistolam ad Innocentium Romae episcopum. Interpres Canonum Ecclesiae Africanae: τί ἀρέσκει τῇ ὑμετέρᾳ μακαριότητι. in Regio exemplari ἀγάπῃ. sic Latinis *caritas tua*, ut in epistola Synodi Constantinopolitanae missa ad Occidentales, ex interpretatione Epiphanii Scholastici Tripertitae lib. 9: *concurreramus in urbem Cpolitanam causa litterarum ad nos missarum a vestra caritate*, Graece παρὰ τῆς ὑμετέρας τιμιότητος, Theodoreti Eccles. hist. lib. 5 cap. 9, ut Chrysostomi epistola 4. et in epistola Damasi ad Orientales: *quoniam Apostolicae sedi reverentiam debitam caritas vestra distribuit.* Graece ἡ ἀγάπη ὑμῶν, d. l. cap. 10. Felix III. Papa epistola ad Thalasium Archimandritam CP: *post factas literas, quas per filios nostros religiosi propositi viros dilectioni tuae misimus contradendas, ne quid minus pro Catholicae fidei custodia diligentior cura prospiceret, caritatem tuam duximus admonendam.*

ἄγουρα] ὄμφακες pag. 273 d uvae acerbae, uvae immaturae. hodie etiam Graecobarbaris ἄγουρος est ἄωρος, immaturus.

ἀκουμβίζειν, ἀκούμπισμα. pag. 351 d μηδεμιᾶς ἀρωγῆς etc. alius codex: μέχρι καὶ τῶν τειχῶν ἀκουμβίσαι

τῆς πόλεως ut ipsis muris imminere et incumbere videretur. pag. autem 325 pro ἀπρόσμαχον οἰκητήριον alius codex habet ἀκούμβισμα καὶ ὁσπίτιον ἀφρόντιστον. et verti potest, asylum et hospitium tutissimum, ut p. 201 pro στόμα τῆς συγκλήτου πρὸς Ἀνδρονίκου καλούμενος in alio codice legitur σύμβουλον καὶ ἀκούμπισμα τοῦτον ἔχων Ἀνδρόνικος. vertunt, *cuius consilium et veluti asylum esset.* vel dicas, *cuius consilio totus inniteretur Andronicus, a cuius consilio totus penderet.* nam etiam hodie ἀκουμβίζω est suffulcio, ἀκουμπισμαι innitor, ἀκούμπισμα adminiculum, fulcrum. et ἀκουμβιστήριον ξύλον in codice Graeco barbaro est σκύπων in puriore Gr. p. 86. Gloss. ms D. Cancellarii: ἀκούμπω παρὰ Ῥωμαίοις τὸ ἀναπίπτω, ὅθεν καὶ τὰ ἀκούβιτα ἐκτάζων, ἐξανιστάμενος. hinc ἀκούβιτον pro accubitu seu recubitorio. idem Gloss. ἀκούβιτα, στρωμναὶ μαλακαὶ εἰς ὕψος ἠρμέναι. αὗται δὲ τρυφῆς καὶ βλακείας εἰσίν. hinc compositum ἐπακομβίζειν inniti. Auctor graecobarbarus ἐπακομβίζων γόνατον πρὸς τῆς χειρός.

ἀλαμανικόν pag. 338 a tributum quod pendebatur Alemannis.

αλλακτόν. pag. 212 d codex GB (i. e. Graecobarbarus) διὰ μαγκλαβίων. quid sint μαγκλάβια, vide infra in ea dictione. Basilica lib. 60 tit. 17 cap. 84: ὁ ἔχων γυναῖκα καὶ πορνεύων διὰ δώδεκα ἀλλακτῶν σωφρονιζέσθω *duodecim allactis castigetur.* sic vertit Cuiacius: *duodecim ictibus fustium castigetur.*

ἄλογον equus. pag. 19 d ἵπποις ὠκύποσιν ἐποχούμενοι: codex GB ἀλόγοις. et p. 331 d μὴ πολεμιστηρίῳ ἵππῳ ἔποχον ὤν: codex GB ἀλόγῳ ὑποσελλιακῷ. Theophilus Alexandrinus in concione, cuius rei homo similis sit: τὸν μὲν ἵππον ἀπωλέσαμεν, διὰ τί καὶ τὸ καθημερινὸν νόμισμα ἀπολέσομεν; ἐφ' ὅσον τὸ ἄλογον μόνον ἐφόνευσε, καὶ τοὺς ἀνθρώπους οὐ βλάπτει. et pag. 8 edit. Morellianae: ὁ δοῦλος τιμῇ ἠγοράσθη, καθάπερ καὶ τὸ ἄλογον. Paulus in l. si quis 17 D. de instit. act. si quis mancipiis vel iumentis pecoribusve emendis vendendisque praepositus sit. Basilica lib. 18 tit. 1 cap. 17: ὁ προστησας τινὰ πιπράσκειν καὶ ἀγοράζειν δούλους ἢ ἄλογα. et lib. 20 tit. 1 cap. 30 § 2: ὁ μισθωσάμενος ἄλογον. Leo Tactic. cap. 10 § 15: ἔχειν τὴν τῶν ἀλόγων ἀποτροφήν. vide Glossarium ad Cedrenum.

ἄμβων ambo, suggestus, pulpitum. p. 293 c εἰς τὸν ἱερὸν ἀνάσταθμον ἀνιών: cod. GB εἰς τὸν ἄμβωνα. Iohannes Cantacuzenus lib. 1 cap. 41: ἄνεισιν ἐπὶ τὸν ἄμβωνα ὁ πατριάρχης τῶν ἀδύτων ἔξιών. Anna Comn. Alexiad. 5: ὁ δὲ αὐτοκράτωρ αὐτὰ τὰ κεφάλαια τὸν Ἰταλὸν ἀναθεματίσαι ἐπ' ἄμβωνος ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἐκέλευσεν. vide Theophyla-

ctum Simoc. hist. Mauric. lib. 8 cap. 10. Glossarium ms ὀκρίβας ὁ ἄμβων. Crisconius Breviarii Canonum cap. 166 de his qui debeant in amboue, id est in pulpito, psallere. vide Glossar. ad Cedrenum.

